650. *Θεομανής. Schol. A. interpretatur *in Deos furens*. male. Potius, *cui furorem dii injecerunt*; ut in Eurip. Orest 835. *θεομανεῖ λύσσῃ δαμείς.*

Ibid. Στύγος. *Odium.* Vox rarissima apud alios; apud Æschylum vero frequens. Vid. Agam. 549. 560. 1310. Choeph. 768. 989. Vid. supra ad v. 170. *σωφρόνων μισήματα.*

658. Φλύω. *Nugas effutio*, a φλέω, *bullio*, quæ vox occurrit Agam. 378. 1418. Prometh. 513. *μὴ μάταν φλῦσαι θέλων.* ubi vide Glossar. Cum Æliani loco ibi citato confer Plutarch. Sympos. V. 8. p. 1216. *τὴν χλωρότητα καὶ τὸ ἄνθος τῶν καρπῶν φλόον προσηγόρευον. εἶναι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὰς οἳ Φλοΐῳ Διονύσῳ θύουσιν.* Homer. Iliad. Φ. 361. *ἀνὰ δ' ἔφλνε καλὰ ῥέεθρα.* ubi Schol. Venet. *ἀνέζει. ἔνθεν καὶ τὸ ἐκ θερμότητος ἀνάστημα, φλυκτίς. καὶ φλυαρός, ὁ ἀναζέων τοῖς λόγοις.* Aristoph. Nub. 395. *τοὺς δὲ ζῶντας περιφλύει. circumsiccat.* Cf. Toup. in Hesych. IV. p. 64. Schneider. ad Nicand. Alex. 214.

Ibid. Φοῖτος. *Rabies. μανία. λύσσα.* Hesych. Vid. Glossar. in Prometh. 620.

659. Δίκη. *Justitia.* Jovis filia. Eurip. Andromeda ap. Stob. Ecl. p. 123. Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διός.

661. Σκότος. *Caligo.* Abreschius citat Pindar. Nem. I. 53. *σπλάγχνων ὑπὸ ματέρος—ὠδῖνα φεύγων.* Nostr. Eumen. 668. Οὐδ' *ἐν σκότοισι νηδύος τεθραμμένη.*

ὁ τρέχων ἐντὸς ἔνεστι πόνος. Horat. Carm. I. iii. 18. *Qui* siccis oculis *monstra natantia—vidit.* ubi omnino videndus est magnus Bentleius.

626. **Κυρέω.** *Ordino.* Recte Schol. A. τὸν βίον εὖ διάξας.

Ibid. * **Μελαναιγίς.** *Atram procellam ciens.* Vide supra ad v. 63.

701. **Σαίνω.** Supra v. 379.

703. **Λῆμα.** Vide supra v. 444.

Ibid. **Τροπαία.** sc. **αὔρα.** *Ventus qui τροπὴν fert.* Agam. 220. Φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν. τροπαῖος adjective sæpius occurrit. Photius et Etymol. M. p. 766, 40. Τριπαία. ἡ ἐναντία πνοή. οὕτως Σοφοκλῆς. Brunckius, seu potius Valckenaerius, Τροπαία.

704. **Θαλερός.** *Mollis.* Proprie dictum de θάλλοις, i. e. *surculis* plantarum, mollitiei notionem facile contraxit. Etymol. M. p. 441, 32. Θαλερός. ὁ ἐν ἀκμῇ ὢν τοῦ θάλλειν, ὁ ἀκμάζων νέος. καὶ Θαλερὸν δάκρυ, (Iliad. B. 366. ubi Schol. Venet. τὸ ἔνικμον, ἀπὸ τῆς τῶν φυτῶν μεταφορᾶς,) τὸ ἁπαλόν. Lex. Rhetor. MS. Bibl. Coislin. p. 500. Θαλερός. ἀκμαῖος, ἰσχυρός. νέος. ἢ ὁ ἁπαλός. καὶ θαλερὸν δάκρυ. τὰ γὰρ θάλλοντα φύλλα ἁπαλά.

705. **Ζέω.** *Bullio. Ferveo.* Mox Ἐκζέω. *Ebullio.* Vide notas. Plato Cratylo p. 419. E. Θυμός, ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχοι ἂν τοῦτο τὸ ὄνομα.

708. * **Δατήριος.** *Divisor.* Adjectivum a δατὴρ vel δάτης. Ducitur a δάω *divido.* Vide Alcmanis locum citatum ad v. 55. Infra 726. χρηματοδαίτας, quod a δαίω. 940. χρημάτων δατητάς, ubi vide.

712. **Θήγω.** *Acuo.* Prometh. 319. τεθηγμένους λόγους. Eurip. Orest. 1641. Μενέλαε, παῦσει λῆμ' ἔχων τεθηγμένον. Sophocl. Ajac. 585. Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη. Eurip. Hipp. 689. ὀργῇ ξυντεθηγμένος φρένας, ubi vid. Valckenaer.

Ibid. **Ἀπαμβλύνω.** *Hebeto.* ἀμβλύς, *hebes.* Prometh. 891. ἀπαμβλυνθήσεται Γνώμην. ubi plura videas. Sophocles apud Athen. XIII. p. 592. A. Ἰσχὺς ἀπήμβλυνται. Herodes apud Stob. CXVII.

p. 481. Γύναι, τὰ λευκὰ τῶν τριχῶν ἀπαμβλύνει Τὸν νοῦν. Herodot. III. 134. αἱ φρένες—γηράσκοντι συγγηράσκουσι, καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα ἀπαμβλύνονται. Nicand. Alex. 540. νοεραὶ γὰρ ἀπὸ φρένες ἀμβλύνονται.

717. *Ὠλεσίοικος. *Domum perdens.* Ita dicti fuisse videntur ganeones. Hesych. Ὠλεσίοικοι. οἱ ἄσωτοι.

720. Εὐκταῖος. *Votivus. Qui prece vocatur.* Onomast. Labbæi, Εὐκταῖος. *Optatus. Votivus. Optabilis.* Schol. Theocrit. X. 52. εὐκτὸς δέ, ὁ εὐχῆς ἄξιος, καὶ εὐκταῖος. Infra 841. Agam. 1389. Suppl. 626. Eurip. Med. 170. Θέμιν εὐκταίαν. Orest. 208. Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν εὐκταία θεός. Orphic. LIX. 6. Εὐκταῖαι, κυκλάδες, καλυκώπιδες, ἱμερόεσσαι. Crinagoræ Epigr. apud Dorvill. in Charit. p. 30. Pierson. Verisim. I. 7. p. 19. Ἠοῖ ἔπ' εὐκταίῃ τάδε ῥέζομεν ἱρὰ τελείῳ Ζηνί. Confer nott. in Moerin p. 137.

Ibid. Ἐρινύς. *Furia.* i. e. ἀρὰ, seu potius dea quæ ἀρὰς ad exitum perducebat. Eumen. 419. Ἡμεῖς μέν ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα· Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὕπαι κεκλήμεθα. quæ citavit Elmsleius ad Sophocl. Œd. Tyr. 418. δεινόπους Ἀρά. Supra 70. Ἀρά τ', Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής. Infra 791. Ἐρινὺς dicitur τελέσαι ἀράς. Cf. 884. 943.

721. Περίθυμος. *Iracundus.* Choeph. 38. Μέμφεσθαι τοὺς γας νέρθεν περιθύμως.

722. *Βλαψίφρων. *Mentem læsus. Demens.* Quod pedestris sermonis scriptores φρενοβλαβὴς dicebant. Incertus apud Athenag. p. 29. ed. Colon. Ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακὰ, Τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον.

723. Παιδολέτωρ. *Liberos perdens.* Eurip. Med. 1390. De luscinia, quæ pullos *amisit*, Rhes. 549. Vid. supra 302.

725. Χάλυβος. *Chalybs. Ferrum.* Altera forma Χάλνψ occurrit Prometh. 134. ubi vide Glossarium. Chalybes autem gens erant Scythiæ: vid. Prometh. 734. 740. infra 725. Spanhem. in Callim. Dian. 60. Baronem de Santa Cruce ad Xenoph. Cyr. p. 581. ed. Schneider.

726. *Χρηματοδαίτης. *Possessionum distributor.* Vide supra 708.

728. Διαπάλλω. *Sortito distribuo.* Vide supra ad v. 55. Ceterum confer v. 818. Ἔξουσι δ' ἣν λάβωσιν ἐν ταφῇ χθόνα. et Sophoclem ibi laudatum: quibuscum comparandi Lucian. Observ. ὦ τῆς ἀνοίας· εἴγε οὐκ ἴσασιν ὅτι κἂν ὅλην τὴν Πελοπόννησον ἕκαστοι αὐτῶν κτήσωνται, μόγις ἂν ποδιαῖον λάβοειν τόπον παρὰ τοῦ Αἰάκου. Juvenal. X. 168. Shakespearius noster Hen. IV. i. 2. Epigr. in Catalect. p. 202. *Ite: novas toto terras conquirite mundo. Nempe manet magnos parvula terra duces.*

732. Αὐτοδάϊκτοι. *A se mutuo interfecti.* Eodem sensu adverbium αὐτοκτόνως, et αὐτοκτόνος infra 805. Hesych. Αὐτοδάϊκτος. ὁ ἑαυτὸν φονεύσας. (Oppian. Hal. II. 349.) πυργοδάϊκτος occurrit Pers. 104. ἀνδροδάϊκτος Choeph. 856. a δαΐζω, *scindo.* quæ vox occurrit Choeph. 394. δαϊκτὴρ infra 910. Nescio tamen an rectius scriberetur αὐτοδάϊκτος, siquidem ἑαυτοὺς ἀντὶ τοῦ ἀλλήλους οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι, ut ait Auctor Lexici Bibl. Coislin. p. 233. Vid. Sophocl. Antig. 145. Schleusner. Lex. N. F. in v.

734. *Μελαμπηγής. *Niger et concretus.* In Agam. 393. de ære. Simile compositum est καινοπηγὴς supra 639. Confer autem v. 822. Eumen. 982. πιοῦσα κόνις μέλαν αἷμα πολιτᾶν.

739. Παλαιγενὴς παρβασία. *Familiæ vetus transgressio.* Agam. 1627. Ἐγὼ δ' ὑποπτὸς ἐχθρὸς ἢ παλαιγενής, *generis vetus hostis.* Eumen. 173. παλαιγενεῖς μοῖραι, *ab antiquo genitas.*

740. *Ὠκύποινος. *Citam pœnam ferens.* Contra ὑστερόποινος de pœna pede claudo dicitur Agam. 58. ὑστερόποινον Πέμπει παραβᾶσιν Ἐρινύν. Choeph. 380. ὑστερόποινον ἄταν.

744. Μεσόμφαλος. *Qui in medio umbilico est.* terræ scil. Eumen. 166. Πάρεστι γᾶς ὄμφαλον προσδρακεῖν. Sophocl. Œd. Tyr. 480. Τὰ μεσόμφαλα γᾶς ἀπονοσφίζων Μαντεῖα. ubi vid. Schol. Nota est de Delphis, terræ umbilico, historia. Consule interpp. ad Hesych. v. Γῆς ὄμφαλος. Ceterum verte εἰπόντος *quum jussisset.*

751. *Ἄρουρα. *Gleba.* Constructio, interpretibus minus per-

specta, hæc est. ἕτλα σπείρας ῥίζαν αἱματόεσσαν πρὸς ἄρουραν μὴ ἀγνάν, ἵν' ἐτράφη.

754. *Φρενώλης. *Demens.*

757. *Τρίχηλος. *Trifidus.* Apud Hesychium pro Τρίχηνον. τρικόρυφον, dubito scribendumne sit τρίχηλον, an potius τρικάρηνον. Est autem a χηλή, *forfex.* Hesych. Δίχαλον ζυγόν· τὸν ἑκατέρωθεν κεκοιλασμένον, χηλαὶ γὰρ τὰ κύματα. sed vitii aliquid hic latet. Æschylus innuere videtur τρικυμίαν, de qua voce multa dedi ad Prometh. 1051. Adjicio Lycophr. 476. Λαβρῶς σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον.

758. Καχλάζω. *Cachinno.* Vid. supra ad v. 110.

759. Ἀλκή. *Defensio.* Vid. supra 76. τείνω autem intransitive ponitur, ut supra ἀείρει. Recte Burgessius, *Turris solum latitudo brevi intervallo prohibet, quo minus obruamur.* Wakefieldius advocat Arat. Phœn. 299. ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον Αἴδ' ἐρύκει. Adde Iliad. O. 628. de nautis, τυτθὸν γὰρ ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται. Virgil. Æn. IX. 142. *quibus hæc medii fiducia valli, Fossarumque moræ, leti discrimina parva.* Videndus est Valckenaerius Diatr. p. 239. B. qui prætervidit Juvenalis illud XII. 57. *I nunc, et ventis animam committe, dolato Confisus ligno, digitis a morte remotus Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda.* (Bishop Hall's Contemplations IV. p. 115. *What merchant would put himself upon the guard of an inch-board in a furious sea, if he did not trust to the faithful custody of that plank?*)

767. *Πρόπρυμνος. *Ante puppim. πρόπρυμνος ἐκβολή, jactura quæ a puppi fit.* Scilicet opes e puppi projiciebantur. Bene contulit Stanleius Act. Apost. XXVII. 18. Non contulit Agam 978. Καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων Κτησίων ὄκνος βαλὼν Σφενδόνας ἄπ' εὐμέτρου, Οὐκ ἔδυ πρόπας δόμος—Οὐδ' ἐπόντισε σκάφος.

768. Ἀλφηστής. *Inventor.* Qui sibi quid *lucratur.* Hesych. Ἀλφησταί. ἀμειπταί. Ἀλφηστῆσι, τοῖς εὑρετικοῖς. ἀλφέω est *invenio. nanciscor.* unde τιμαλφέω Eumen. 15. 623. Vox sæpius occurrit in Odyssea: Hesiod. Scut. 29. Op. 82. Theog. 512. Sophocl. Phil. 708. Eustath. in Iliad. Σ. p. 1166, 45. Ἀπολλόδωρος τοὺς ἀκραιεῖς καὶ

καταφερεῖς, ἀλφηστὰς εἶπεν, ἐν τῷ, Καταπυγοτέραν ἀλφηστῶν. Verum hoc non est Apollodori, sed Sophronis mimographi ap. Etymol. in voce, de quo Apollodorus librum conscripsit. Eustathius vero sua hausit ex Athenæo VII. p. 281. F. ubi recte ἀλφηστᾶν.

769. Παχύνω. *Crassum reddo.* De opibus Attice dictum. Photius, Suidas, et Phavorinus, Παχεῖς Ἀττικοὶ τοὺς πλουσίους καλοῦσι συνηθῶς. Glossæ Herodoteæ, Παχέων. τῶν πλουσίων. Suppl. 618. μήποτ' εἴσοπιν χρόνου Πόλιν παχῦναι. Herodot. IV. 91. VII. 156. Aristoph. Vesp. 288.

771. Ξυνέστιος. *Qui sub iisdem laribus vivit.* Vid. supra ad v. 73. Intellige autem, *urbis incolæ et omne mortalium genus.* Hoc est quod dicit Pindarus Ol. VII. 164. δίδοι δέ οἱ αἰδοίαν χάριν, καὶ ποτ' ἀστῶν, καὶ ποτὶ ξείνων.

773. *Πολύβοτος. *Qui multos alit.* Cratinus apud Hephæst. p. 89. ed. Gaisf. πολύβωτον Σέριφον. Homeri πολυβοῦται sunt *divites pecorum.* Locum bene explicat Schol. A. οἱ θεοί, καὶ οἱ κάτοικοι τῆς ἡμετέρας πόλεως, καὶ ἁπλῶς πάντες οἱ ἄνθρωποι, τοῦτο γὰρ δηλοῖ τό, πολύβοτος αἰὼν βροτῶν· ἡγοῦν ἡ ζωὴ καὶ ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων ὁ πολλοὺς τρέφων, ἢ ὑπὸ πολλῶν ἐμβατευόμενος, ἢ ἐπὶ πολὺ ἐκτεινόμενος. Unde liquet quosdam legisse πολύβατος. De αἰὼν vid. supra 205.

775. *Ἀναρπάξανδρος. *Homines eripiens.*

777. Ἀρτίφρων. *Mentis compos.* ὑγιὴς τὴν φρένα. Hesych. Odyss. Ω. 260. Οὔτι μάλ' ἀρτίφρων. ubi Schol. ἔμφρων, uti et hic explicat Schol. A. Eurip. Med. 296. Opponuntur μεμηνὼς et ἀρτίφρων Iph. Aul. 876, 7. Sic ἀρτίπους Sophocl. Trachin. 58. intelligitur ab Etymologo p. 150, 29. ἄρτιος καὶ ὑγιὴς ποσίν. Scilicet ab ἄρω *apto* natum est ἀρτὸς, et recentiorum ἄρτιος, *accurate adaptatus*, i. e. *perfectus.* Pessime autem interpretes γάμων cum ἀρτίφρων conjungunt, et vertunt, *postquam certior factus nuptiarum.* Dixerat Æschylus, παράνοια συνᾶγε νυμφίους φρενώλεις. dein, *postquam in se rediit, miser ob infaustas nuptias:* subaudito ἕνεκα, ut infra 945. ὦ μέλεοι διοσδότων ἀχέων. Pers. 116. 445. 517. Eurip. Hecub. 211. ibid. 425. Cf. Orest. 219. 820. ὦ μέλεος ματρός. 1027. Ὦ μέλεος ἥβης σῆς. Helen. 138. Markland. ad Iph. Taur. 1490.

779. **Δυσφορέω.** *Ægre fero.* Δυσφορεῖν. βαρύνεσθαι, πικραίνεσθαι. Hesych. Cf. Sophocl. Electr. 255. Foesii Œconom. v. Δύσφορον.

783. ***Κρεισσότεκνος.** *Liberis melior.* "Vult enim Chorus Œdipum insana mente duo mala perpetrasse, alterum quod se oculis privavit, qui vita vel liberis chariores sunt, alterum, quod filiis diras imprecatus est." Butlerus. Similis est constructio in Eurip. Troad. 635. Ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας. et in Pindar. Ol. I. 94. εὐφροσύνας ἀλᾶται.

786. **Ἐπίκοτος τροφᾶς.** *Ira incensus propter victum quem illi præbebant filii.* Ita Heathius, citans Schol. in Sophocl. Œd. Col. 1375. qui e parva Thebaide narrat filios Œdipi solitos esse patri armos victimarum mittere, quondam vero εἴτε κατὰ ῥαστώνην, εἴτε ἐξ ὀτουοῦν, ἴσχιον αὐτῷ ἔπεμψαν. Œdipus vero, Ἴσχιον ὡς ἐνόησε, χαμαὶ βάλεν, εἶπέ τε μῦθον. Ὦμοι ἐγώ, παῖδές μοι ὀνειδείοντες ἔπεμψαν. Εὔκτο Διὶ βασιλῆϊ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι, Χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβημέναι Ἄϊδος εἴσω. Addit Scholiasta, τὰ δὲ παραπλήσια τῷ ἐποποιῷ καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. De Œdipi diris consule Valckenaer. ad Eurip. Phœniss. 68.

787. *** Πικρόγλωσσος.** *Amare dictus.* πικρὰς ἀρὰς dicit Sophocles Œd. Col. 951.

788. ***Σιδηρονόμος.** potest esse vel *Ferrum dirigens*, ut οἰακονόμος, vel *ferro distribuens.*

790. **Τρέω.** *Tremo.* Verbum apud Tragicos rarissimum, præterquam in aoristo. Vid. Elmsl. ad Aristoph. Acharn. 490. Vox Dorica est, teste Theone in Arat. p. 4.

792. ***Καμψίπους.** *Pedes flectens.* Schol. A. ἡ κάμπτουσα κολαζομένων τοὺς πόδας. Satis absurde; suffragante tamen Hesychio. Καμπεσίγουνος. ἡ Ἐρινύς. ἀπὸ τοῦ κάμπτειν τὰ γόνατα τῶν ἁμαρτανόντων. Lege, Καμπεσίγουνος Ἐρινύς. ἀπο. κ. τ. λ. Finis est hexametri, ex Euphorione forsan, sive Empedocle, seu potius Onomacrito, desumptus. Recte interpretatur Heathius *pernix.* Nisi forte idem sit ac γαμψώνυχος.

793. Τρεφόμαι. Similiter construitur Sophocl. Philoct. 3. ὦ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφείς. Eurip. Heraclid. 578. Σοὶ παῖδες ἐσμέν· σοῦ γὰρ ἐκτεθράμμεθα. Olim tamen suspicabar versum hic intercidisse, qualis, Τῶν ἐν πόλει Θήβαισιν εὐγενεστάτων.

795. Ὄβριμος. *Violentus.* Prosthesi τοῦ ο, pro βρίμος. Etymol. M. p. 613, 23. Ὄβριμος. ἰσχυρός, γενναῖος, ἀπειλητικός. δυνατός. παρὰ τὸ βρὶ ἐπιτατικὸν μόριον, ὃ δηλοῖ τὸ ἄγαν, ἢ τὸ μεγάλως καὶ ἰσχυρῶς, γίνεται βρίμος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ὁ ὄβριμος. Consentit Schol. Oppian. Halieut. I. 360. Sic Ὀβριμοῦς pro βριμοῦς dixit Lycophr. 698. Vid. supra ad 457. μ omittunt etiam Eurip. Orest. 1455. et Photius; ut infeliciter statuat Hermannus de Em. Gr. Gr. p. 21. eam retinendam esse. Infeliciter etiam in Agamemnone ὀμβρίκαλα reponi vult, quum omittant μ Aelian. N. A. VII. 47. Photius, et Eustath. pp. 1395, 47. 1625, 47. et apud eum Aristophanes grammaticus. Toto cœlo errat vir doctissimus, quum putat veterrimam scripturam per μ fuisse; hæc enim litera recentioris ævi additamentum sine dubio fuit. Pro Hesychii et Suidæ ὄμπνιος, recte Photius ὄπνιος. De Θίβρων et Θίμβρων vid. Gaisford. ad Hephæst. p. 219. Στρόβιχος antiquius puto quam Στρόμβιχος. Vid. Koen. ad Gregor. p. 35. Pro τύμπανον veterrimi certe dicebant τύπανον, quod Apollonio II. 1139. restituit Piersonus. De ὑπέρκομπος supra egi; de ἀμπλακέω ad Prometh. 112. In Schol. Venet. ad Iliad. II. 175. Στάμφυλος prave citatur pro Στάφυλος. λάβδα vetustius fuit quam λάμβδα. vid. Herodot. V. 92, 21. et ibi Larcher. Confer omnino Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 249.

796. Εὐδία. *Aëris serenitas.* Etymol. M. p. 389, 31. ἡ τοῦ ἀέρος ἠρεμία, καὶ κυρίως ἀβροχία, παρὰ τὸ δεύω, τὸ βρέχω, δενία· καὶ κατὰ μετάθεσιν, εὐδία. (ἢ παρὰ τὸ εὕδειν) δοκεῖ γὰρ κοιμᾶσθαι ὁ ἀὴρ, ὥς φησιν Ὅμηρος (Il. E. 524.) ὄφρ' εὔδῃσι μένος βορέαο καὶ ἄλλων Ζαχρειῶν ἀνέμων. Dein rectius ducit ab εὖ et Δία, (potius δῖος) Δία γὰρ καὶ τὸν ἀέρα φησὶ Πλάτων ὁ κωμικός. Ἀὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία. Ab εὔδιος fortasse profluxit Latinorum *sudus*, quam vocem Festus ducit a *seudus, sine udo.*

797. Ἄντλος. *Sentina.* Urbs non ad aquam exantlandam

redacta est; i. e. aquam non admisit. Hoc rectius credo quam cum Scholiasta et Pauwio ἄντλον pro ὕδωρ positum intelligere. Sed vide Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 108. interpp. ad Hesych. in voce, et, quem citant, Eurip. Hecub. 1009.

798. **Στέγω.** Supra 203. **Φερέγγυος.** Supra 392. Mox verte μονομάχοισι προστάταις *defensoribus, qui singuli cum singulis pugnabant.*

801. * **Ἑβδομαγέτης.** *Septimus dux.* Schol. A. τὸν Ἀπόλλωνα λέγει, ὃς ἐν ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς γεννηθεὶς, ἐκλήθη Ἑβδομαγέτας. Proclus, a Spanhemio citatus ad Callim. Del. 251. ait septenarium numerum communem Baccho et Apollini fuisse, διὸ καὶ Ἑβδομαγέταν ἐκάλουν τὸν Θεόν, καὶ τὴν ἑβδόμην τοῦ Θεοῦ ἱερὰν ἔλεγον. Schol. Aristoph. Plut. 1127. ἑκάστου γὰρ μηνὸς ἡ νουμηνία καὶ ἡ ἑβδόμη ἀφιεροῦτο τῷ Ἀπόλλωνι.

804. **Πρᾶγος.** *Res.* Vid. supra v. 2.

Ibid. * **Νεόκοτος.** *Novus.* κότος proprie est *indoles*; unde ἀλλόκοτος, *alii generis*, νεόκοτος, *novi generis*, κακὰ νεόκοτα Pers. 233. παλίγκοτοι *contrariorum generum*, Agam. 836. Sensus vero communis est *ira*. Phrynich. Appar. Sophist. p. 14. Ἀλλόκοτον. σημαίνει μὲν κυρίως τὸ παρηλλαγμένον τῆς καθεστώσης διαίτης καὶ τρόπου, πεποίηται δὲ παρὰ τὸν κότον, ὃ σημαίνει μὲν τὴν ὀργὴν καὶ μανίαν καὶ παραπληγίαν. ὁ οὖν ἄλλοτε ἄλλως [ἄλλο τε ἄλλοις] κοτῶν, ἀλλόκοτος ἂν κολοῖτο. Voces uncinulis comprehensæ delendæ videntur. Compusita ex κότος amat Æschylus.

809. **Κατασποδέω.** *In pulverem dejicio*, et metaphorice, *occido*. Hesych. Κατασπόδησον. κατέλασον. Recte Schol. A. τῇ σποδῷ κεκονιαμένοι—ἀνῃρημένοι. Hunc locum citat Valckenaer. ad Eurip. Hippol. 1238. Σποδούμενος μὲν πρὸς πέτραις φίλον κάρα. Infinita sunt poetarum loca, ubi pugna occisi narrantur κατακείμενοι ἐν κονίῃσι. Sic Horatius, *Crines pulvere collines*, pro *necabere*. Mythographus ap. Suid. v. Ψαφαρῇ. Ἔστασαν, οὐδὲ κόμας ψαφαρῇ ἐμίαντο κονίῃ.

813. **Ἀναλόω.** *Consumo.* Hesych. Ἀναλῶσαι. ἀφανίσαι. (Σοφοκλῆς) Ποιμέσιν. Suidas. Ἀναλοῦντες. ἀντὶ τοῦ ἀναιροῦντες. So-

phocl. Œd. Tyr. 1174. *ὡς ἀναλώσαιμί νιν.* Thucyd. III. 81. *οἱ δέ, ὡς ἕκαστοι ἐδύναντο, ἀνηλοῦντο. se ipsos interficiebant.* Plura dabit Valckenaer. ad Eurip. Phœniss. 591.

816. Διαλαγχάνω. *Sorte divido.* Vid. not. ad v. 788.

Ibid. Σφυρήλατος. *Malleo ductus. σφύραις ἐληλαμένος.* Photius, Hesychius, et Suidas. Pindar. fr. 27. *σφυρηλάτοις ἀνάγκαις.* Primam producit. Theocrit. XXII. 47. *σφυρήλατος οἷα κολοσσός.* Supra occurrit χαλκήλατος, *ex ære ductus.*

817. Σκύθης. Vid. supra 725.

Ibid. Παμπησία. *Tota possessio. πᾶσα ὕπαρξις.* Hesych. Photius, Παμπησίαν. παγκτησίαν. Eurip. Ion. 1305. Aristoph. Conc. 868. *αἵρεσθε τὴν παμπησίαν.* Formatur ab antiquo verbo *πάω, possideo,* de quo alibi fusius agendum est. Inde etiam *παμπήδην* Pers. 728. Sophocl. Ajac. 916. Nicand. Alex. 37. ubi vulgatur *παμπήγην.* Eustath. ad Odyss. Δ. p. 1502, 48. *ἀπὸ τοῦ πῶ, τὸ κτῶμαι,—παμπήδην ἐπίῤῥημα, καὶ παμπησία ἡ παγκτησία.* Simile est παγκληρία Choeph. 484.

818. Ἔξουσι δ' ἥν λάβωσιν ἐν ταφῇ χθόνα. Præter loca citata in Glossario ad v. 728. conf. Lycophr. 1063. *Τοῖς δ' ἀκτέριστον σῆμα Δαννῖται νεκρῶν Στήσουσι, χωστῷ τροχμάλῳ κατηρεφές, Χώραν διδόντες, ἥνπερ ἔχρῃζον λαβεῖν.*

825. Ἐπολολύζω. Vide supra 254. Spanhem. ad Callim. Del. 256. *κἀπολολύξω* male cepit pro *καὶ ἀπολαλύξω,* quod esset, *exclamare desinam.* Choeph. 929. *Ἐπολολυξάτω.*

826. Ἀσινής. *Damnum avertens.* Sensu rariori, quod notavit Burtonus, citans Agam. 1312. *Τίς ἂν οὖν εὔξαιτο βροτῶν ἀσινεῖ Δαίμονι φῦναι, τάδ' ἀκούων ;* Sensus communis est *illæsus.* Choeph. 1005. *Οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον Διὰ παντὸς ἄτιμος ἄμειψει.* ita enim lego. *σωτὴρ* vero Jupiter esse videtur.

836. Θυιάς. Vide supra v. 494.

838. Δύσορνις. *Male ominatus.* Vid. Glossar. in Prometh. 495.

839. Ξυναυλία. *Concentus.* Hesych. Ξυναυλίαν. πᾶν πρᾶγμα δισσόν· τὴν ὑπὸ δύο ἐπιτελουμένην αὔλησιν. ὅταν γὰρ δύο αὐλῶσι, ξυναυλία λέγεται, " unde Æschylus fratrum duorum μονομαχίαν, ξυναυλίαν dixit." Heinsius. quam observationem Albertio tribuit Butlerus. Semus apud Athen. XIV. p. 618. A. ἀγνοουμένης δὲ παρὰ πολλοῖς τῆς ξυναυλίας, λεκτέον (ὅτι) ἦν τις ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖος αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ, χωρὶς λόγου. Cf. Lexic. ap. Hermann. de Em. Gr. Gr. p. 340.

840. Ἀπείπον. *Deficio.* Proprie, *Loqui desino,* ut ἀπανδάω. Erotian. Ἀπανδῆσαι· οἷον ἄφωνον γενέσθαι. Sic ἀπογίγνομαι, *esse desino,* i. e. *morior,* Herodot. VI. 58. ἀποκηδέω, *lugere desino;* de qua voce Valckenaer. in Theocrit. Adoniaz. p. 203. ἀπερυθριάω, *erubescere desino,* Menander Stobæi XXXII. p. 137. Apollodor. ibid. XLVI. p. 179. Aristænet. II. 5. Vid. Salmas. Confut. Animadv. Anton. Cercoetii p. 70. De constructione vocis ἀπειπεῖν vide Porson. ad Eurip. Orest. 91. Demosth. Ol. III. p. 10. ed. Manut. ἀπειρηκότων χρήμασι Φωκέων.

841. Εὐκταῖος. Supra 720.

842. *Διαρκέω. *Penitus sufficio.* Vocem apud vetustiores, alibi vidisse haud memini.

844. Ἀμβλύνω. *Hebeto. Obscuro.* Vid. supra 712.

846. Αἰακτός. *Lamentabilis,* ab αἰάζω, quod ab αἴ, ut ὄζω ab ὄ. Vid. supra ad v. 8. ubi citare debueram Valckenaer. Diatrib. p. 21. C. Vocem ἐτυμολογίζει Sophocles Ajac. 432. Pers. 1069. Αἰακτὸς εἰς δόμους κίε. Aristoph. Acharn. 1194. Ἐκεῖνο δ' αἰακτόν, οἰμωκτὸν ἂν γένοιτό μοι.

848. *Αὐτόδηλος. *Per se manifestus.*

Ibid. Προῦπτος. *Manifestus. Ante oculos visus.* Hesych. Προῦπτον. πρόδηλον. φανερόν. Recte Photius, Πρόοπτον, τὸ προορώμενον καὶ προφανές· οἷον τὸ προκείμενον πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν. Eurip. Hippol. 1383. Προῦπτον ἐς Ἅιδην στείχω. (Virgil. Æn. II. 359. *Vadimus haud dubiam in mortem.* Phædrus IV. 6. *nec ad* professæ *mortis*

audacem viam.) ubi Monk. (1363.) nostrum citat et Herodot. IX. 17. *προόπτῳ θανάτῳ*, a Suida in voce laudatum ; item Sophocl. Œd. Col. 1439. et *ἀπρόοπτον* ex nostri Prometh. 1110. Valcken. adnotavit Thucyd. V. 99. *ἐς προῦπτον κίνδυνον*, et Phœnicid. Stobæi p. 80= 45. *Εἰς προῦπτον ἦλθον ἐμπεσοῦσα δὴ κακόν.* Adde Aristophont. Athenæi XIII. p. 559. B. *Εἰς προῦπτον εἰδὼς αὐτὸν ἐνέβαλεν κακόν.* Alciphr. III. 7. *προύπτου με κινδύνου φανερῶς ἐξείλοντο.* Demosth. Ol. II. 5. *οὕτως ἀνόητον, ὥστε εἰς προῦπτον κακὸν αὐτὸν ἐμβαλεῖν.* Herodot. II. 161. *ἀποπέμψαι ἐς φαινόμενον κακόν.* Ceterum intelligat lector cadavera jam in scenam illata esse.

849. *Διδυμάνορα κάκ' αὐτοφόνα. *Duorum virorum mala et mutua homicidia.* διδυμάνωρ ab *ἀνὴρ* formatur, non ab antiqua radice *ἦνωρ*, de qua supra ad v. 118.

852. Ἐφέστιος. *Incola.* Vide supra 73. Mox de Οὖρος vid. supra 687.

854. Πόμπιμος. *Qui mittit.* Intelligitur, credo, mortuorum transmissio, per Mercurium *πομπαῖον* facta. In simplici sensu satis frequens est. *ἐρέσσω* similiter usurpatur Pers. 1047. *Ἔρεσσ', ἔρεσσε, καὶ στέναζ' ἐμὴν χάριν.* Vid. supra 387.

855. Πίτυλος. *Sonus qui a crebra pultatione oritur. κυρίως ὁ ἀπὸ τῶν ἐρεσσομένων κωπίων γινόμενος θόρυβος.* Schol. A. Ad rem Hesych. *Πίτυλος. συστροφὴ τῆς χειρός, ὅταν πυκνῶς ἐπιφέρηται.* Idem, *Πιτύλους, οἱ ἀλειπταὶ τὰς ἐν περιόδῳ καταβολὰς τῶν πληγῶν.* Toupius *οἱ ἀθληταί.* Male omnino. Recte vero citat Theocrit. XXII. 17. *Αἰεὶ δ' ὀξυτέρῳ πιτύλῳ δαλεῖτο πρόσωπον.* Polluc. II. 147. *ἡ δὲ συνεχὴς τῶν χειρῶν συναγωγή, πυκνῶς εἰς πλῆθος ἐπιφερομένων, πίτυλος καλεῖται.* "Est autem *πίτυλος* proprie strepitus seu sonitus aquæ remo percussæ, aut cum uno consensu et remorum impulsu sonitum in aqua cient nautæ. Est et *πιτυλίζειν* manibus gesticulari, easque crebro ciere, earumque ejusmodi motus *pitylisma* dicitur Juvenali. (XI. 173. sed vide M. A. Muret. V. L. X. 6.) *πιτυλίζειν* inter corporis gymnasia recenset Galen. de san. tuenda 2." Foesius. accurate, ut solet. Noster Pers. 976. *πάντες ἑνὶ πιτύλῳ τλάμονες ἀσπαίρουσι χέρσῳ.* Plura dabunt interpp. ad Hesych. in voce, et eruditus Monk. ad Eurip. Hippol. 1462.

Ibid. Ἀμείβομαι. *Deduco.* Quo sensu nescio an alibi occurrat.

856. **Ἄστονος. *Gemebundus.* Hesych. Ἄστονον. ἄλυπον. μεγαλόστονον. Theocr. XVII. 47. Ἀχέροντα πολύστονον. De vi intensiva literæ α vide Glossar. ad Prometh. v. 905.

Ibid. *Μελάγκροκος. *Nigra habens vela.* Quale fuit navigium, quo ante Thesea deportabantur victimæ Minotauro tradendæ: quod bene monuit Schutzius. Vid. Meurs. Reg. Att. II. 18. Euripides dixit λινόκροκον φάρος Hecub. 1064. *velum lino textum.* φοινικόκροκον ζώναν Pindar. Ol. VI. 16. κρὸξ autem vel κρόκη, erat *subtemen, trama.* Hesiod. Op. 536. Σκήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι. Plato Polit. p. 126. ed. Basil. 1. accurate vocem definit. Hippocrates de lino aut tomento ponit. Vid. Spanhem. in Callim. p. 135. Idem fere erat κροκίς, de qua voce Casaubon. ad Theophrast. p. 114. Foesius Œconom.

Ibid. Νεκυοστόλος. *Mortuos transvehens.* Antipater Anthol. III. vii. 3. Μούναν σὺν τέκνοις νεκυοστόλε δέξο με πορθμεῦ. Lucianus alicubi voce utitur. Hanc Butleri correctionem firmat etiam fragmentum veteris poematis ap. Pausan. X. p. 866. Ἔνθ' οὗτοι νέα μὲν νεκυάμβατον, ἦν ὁ γεραιὸς Πορθμεὺς ἦγε Χάρων, οὐκ ἔλλαβον ἔνδοθεν ὅρμου. De Charonte autem et cymba ejus vid. Valckenaer. Diatrib. p. 280.

Ibid. Θεωρίς. *Navis.* Proprie navis quæ ex Athenis τοὺς θεωροὺς Delum quotannis vehebat. κυρίως ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἡ εἰς Δῆλον ἀπερχομένη. Schol. A. Res magis nota, quam ut in eam verba impendam. Vid. Meursii Thes. c. 16. Spanhem. ad Callim. H. Del. 314. et Stanleii notam ad h. v. Thomas M. v. Θεωρός. καταχρηστικῶς δὲ τὴν τοῦ Χάροντος ναῦν θεωρίδα Αἰσχύλος λέγει.

857. Ἀστιβής. *Non calcatus.* Sophocl. Œd. Col. 127. Ajac. 657. Vide notas. Recte autem monet Spanhemius l. c. Charontis navem τὰν ἀστιβῆ Ἀπόλλωνι vocari, ad discrimen veræ apud Athenienses et Apollinis cultui dedicatæ θεωρίδος.

858. Πάνδοκος. *Omnes recipiens.* Dixit Lycophr. 655. Πρό-

πανταs Αἴδης πανδοκεὺς ἀγρεύσεται. qui versus mirifice confirmat correctionem, quam ex Etymologo quodam mecum communicavit Gaisfordius, in Nostri Suppl. 155. Τὸν Ζαγρέα, Τὸν πολυξενώτατον Ζῆνα τῶν κεκμηκότων, de quo plenius agam ad locum. Pluto dicitur Πολυδέκτης Homerid. Hymn. Cerer. 9. ubi vide Ruhnken. Cf. Glossar. ad Prometh. 159. Sophocli in Inacho diversorium vocatur πάνδοκος ξενόστασις, quod vulgo πανδοκεῖον, et apud nostrum δόμοι πάνδοκοι ξένων Choeph. 660. Antiphanes alicubi apud Athenæum Orcum vocat καταγωγεῖον. Ruhnken. Ep. Crit. II. p. 286. ex Sophocle enotavit λίμνη πάγκοινος Αἴδου, et Αἴδης κοινός. Propert. III. xvi. 24. *Scandenda est torvi* PUBLICA *cymba senis.* Notent autem tirones Athenienses veterem orthographiam Ionicam retinuisse, πάνδοκος potius quam πάνδοχος. Vid. Æ. P. Lex. Ion. v. πανδοκεύειν. Etymol. M. p. 282, 2. τὰ δὲ παρὰ τὸ δέχω πάντα διὰ τοῦ κ̄. Cf. supra ad v. 18.

Ibid. Ἀφανής. *Invisibilis,* Innuit scilicet etymon vocis Αἴδης. Vel potest esse *obscurus, sine luce.* De voce χέρσος vid. supra ad v. 64.

861. Θρῆνος. *Lamentum. Nenia.* Prometh. 396. Choeph. 340. θρήνων ἐπιτυμβιδίων.

862. Ἐρατός. *Amabilis.* Eurip. Heraclid. 915. Ἥβας ἐρατὸν λέχος. Alcman apud Hephæst. p. 40. ed. Gaisf. Ἀρχ' ἐρατῶν ἐπέων. Homerus etiam de pulcritudine ponit ἐραρεινός, Sappho ἐραννός. Voce sæpius utitur Pindarus.

Ibid. Βαθύκολπος. *Profundum,* i. e. *demissum habens sinum.* Anglice *Long-waisted.* Vox Homerica, Iliad. Σ. 122. Δαρδανίδων βαθυκόλπων. Eadem fere ac βαθύζωνος Iliad I. 590. Hesych. Βαθυκόλπων. ἠρωΐδων, ἀπὸ τοῦ μεγέθους. καὶ βαθυζώνων. Noster Pers. 155. Ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη. ubi Schol. βαθύζωνοι— διὰ τὸ κροσσωτὰς ζώνας ἔχειν. Choeph. 167. βαθυζώνου κόρης. Etymolog. M. p. 185, 42. Βαθυκόλπους, ἀπὸ τοῦ ἐκ τῆς ζώσεως κολπώματος. Pindar. Pyth. I. 25. βαθυκόλπων Μοισᾶν. Plura dabit Alberti. ad Hesych. in vv. Idem fere est βαθύπεπλος. Aliter terra dicitur βαθύστερνος in Simmiæ Alis Brunck. Anal. I. p. 204. Hephæst. p. 31.

863. Ἵημι. *Mitto.* Haud valde obvium est futurum ἥσω. Pers.

945. Choeph. 555. Ἀμφὼ δὲ φωνὴν ἥσομεν Παρνησίδα. Sophocl. Ajac. 628. Οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς Ἥσει δύσμορος. ibid. 851. Ἥσει μέγαν κωκυτόν. Eurip. Herc. Fur. 1295. Φωνὴν γὰρ ἥσει χθών. Cf. Troad. 440. Plato Legg. II. p. 114. Ald. ποίαν δὲ ᾄσουσιν οἱ ἄνδρες φωνὴν ἢ μοῦσαν. ubi ἥσουσιν Porsonus ad Eurip. Suppl. 932.

864. Φήμη. *Dictum.* Sensu primario. *Priusquam nos allocutæ fuerint.* Eurip. Hippol. 579. φάμα, *vox.*

865. Δυσκέλαδος. *Infaustum sonans.* δύσφωνος. κακὸν ἦχον ἀποτελῶν. Hesych. Eurip. Med. 419. et simillimo loco Ion. 1090. δυσκελάδοισι—ἀείδεθ' ὕμνοις. ibid. 1093. Μοῦσα—δυσκέλαδος. Homer. Iliad. II. 356. φόβοιο Δυσκελάδου. Vide autem Spanhem. in Callim. p. 28. qui notat deorum inferorum hymnos occurrere Pers. 624. Adde Choeph. 467. αἱματηρᾶν Θεῶν κατὰ γᾶς ὕδ' ὕμνος.

867. Παιάν. *Pæan.* Vid. supra ad v. 632. Choeph. 144. Ὑμᾶς δὲ κωκύτοις ἐπανθίζειν νόμος Παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξανδωμένας. Ubi Schol. ὅτι ἐπὶ ἀποθανόντος παιᾶνα εἶπε κακῶς, καὶ Εὐριπίδης (Alcest. 424.) Παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ. Ubi lego παιᾶνα εἶπεν, ὡς καὶ Εὐρ. Confunduntur igitur παιὰν et θρῆνος, inter quos tamen distinguit Noster Choeph. 336. Ἀντὶ δὲ θρήνων ἐπιτυμβιδίων Παιὰν μελάθροις ἐν βασιλείοις. Adjecit igitur epitheton ἐχθρόν.

869. Στρόφος. *Zona.* συνεστραμμένος λῶρος. Hesych. σχοινίον ἐστραμμένον, ἤτοι κλωστόν, ἢ καὶ ἱμᾶς τοιοῦτος. Eustath. ad Odyss. N. p. 1746, 42. quo sensu occurrit Odyss. N. 438. Herodot. IV. 60. Suppl. 453. Ἔχω στρόφους ζώνας τε, συλλαβὰς πέπλων. Ita recte Spanhemius pro στρόβους. Virginum ornamentum erat zona; intellige ergo, *quotquot sunt virgines.* Zonæ significatu frequentius est στροφίον. ἡ στρογγύλη ζώνη. Hesych. *Cingillus.* Gloss. Vett. Catull. LXI. 65. *Non tereti strophio luctantes vincta papillas.* Vid. Toup. in Suid. II. p. 204.

871. Ἐκ φρενός. *Ex animo.* Abresch. confert v. 914. ἐτύμως δακρυχέων ἐκ φρενός. Choeph. 101. λέξω τὸν ἐκ φρενὸς λόγον. Agam. 1468. Φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ' εἶπω; Adde Sophocl. Œd. Tyr. 528. ἐξ ὀρθῆς φρενός. Nostr. Agam. 48. Μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες Ἄρην.

ibid. 770. *εὔφρονος ἐκ διανοίας.* et, qui præiverat, Homer. Iliad. I. 343. *Ἐκ θυμοῦ φίλεον.* Incert. ap. Schol. Sophocl. Œd. Col. 1375. *Ἔγνω 'παφήσας, εἰπέ τ' ἐκ θυμοῦ τάδε.* Theocrit. II. 60. *ἢς ἔτι καὶ νῦν Ἐκ θυμῶ δέδεμαι.* ubi vide Valcken. Id. VIII. 35. *Βοσκοῖτ' ἐκ ψυχᾶς τὰς ἀμνίδας.* Bion. IV. 2. *Ἐκ θυμοῦ δὲ φιλεῦντι.* Nicander in Anthol. II. xlvii. 2. *Αἰνεῖν ἐκ ψυχῆς.* Vide et Eurip. Iph. Aul. 1075. Idem fere valet *ἀπὸ γνώμης* Eumen. 671. ab Abreschio collatum, quem vide.

Ibid. Λιγαίνω. *Stridule queror.* Hesych. *Λιγαίνει. τέρπει, ᾄδει, μαστιγοῖ, κηρύττει, κλαίει, ἢ ὀξέως ἐφορμᾷ.* Eustath. ad Iliad. O. p. 1033, 38. *λιγαίνειν, οὐ μόνον τὸ ῥητορικῶς ὑμνεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὀξέως φωνεῖν.* Il. Λ. 684. *Κήρυκες δ' ἐλίγαινον.* Pers. 467. *ἀνακωκύσας λιγύ.* Ibid. 332. *λιγέα κωκύματα.*

873. *Ἄπιστος. Non persuadendus.* Sensu rarissimo. Refertur ad v. 708. ut recte monet Schutz.

874. *Ἀτρύμων. Non labore terendus.* A *τρύω*, de qua voce vid. Glossar. in Prometh. 27. Eumen. 402. *ἄτρυτον πόδα.* Sophocl. Ajac. 787. *ἀρτίως πεπαυμένην Κακῶν ἀτρύτων, nunquam cessantium.* Mox *ἑλόντες* pro *διελόντες* poni existimat Casaubonus; quod tamen haud necessarium est.

876. Αἰχμή. *Hastæ cuspis. Telum.* Supra 525.

880. *Ἐρειψίτοιχος. *Muros dejiciens.* Erotian. *Ἐρειψις. πτῶσις. καὶ ἐρείπειν, τὸ καταπεσεῖν.* In Eurip. Iph. Taur. 48. pro *πᾶν δ' ἐρείψιμον στέγος* Βεβλημένον *πρὸς οὖδας,* Valckenaerius, Ruhnkenius, et Marklandus *ἐρέψιμον* certatim reponunt. Mihi vero vulgata lectio recte se habere videtur. Hesych. *Ἐρίψιμα. πτώσιμα. Ἐρίπιον. τὸ ἡμίπτωτον οἴκημα.* Schol. in Pers. 425. *Ἐρείπια κυρίως τὰ παραπτώματα τῶν οἴκων λέγεται.* Cf. Schol. in Sophocl. Ajac. 308. Etymol. M. p. 372, 28. *ἐρείπια σημαίνει τοὺς πεπτωκότας τόπους.* Idem tradit Didymum *ἐρίπω* scribi jubere, Philoxenum vero *ἐρείπω*, qui etiam ait, *ἐρείπω, τὸ εἰς γὴν βάλλω.* Eustath. ad Iliad. Δ. p. 436, 41. *οἰκόπεδον δέ, οἰκίας καταῤῥιφείσης ἔδαφος, ὅπερ κοινότερον καὶ ἐρείπιον οἱ ὕστερόν φασι.* Schol. Oppian. Hal. I. 54. *οἰκήπεδον δὲ τὸ τῆς καταβληθείσης οἰκίας πεδίον, ἐρειποτόπιον λεγόμενον.*

882. Διαλλάσσω. *Reconcilio.* Unde διαλλακτὴρ infra 902.

885. Ἐρινύς. Vide supra ad v. 792. 720.

886. Εὐώνυμος. *Lævus.* Prometh. 598. Manus sinistra εὐώνυμος dicebatur κατ' εὐφημισμόν. Etymol. M. p. 143, 20. Ἀρίστερος, ἀπὸ τοῦ ἄριστος—ἔστι δὲ κατ' εὐφημισμόν, ὥσπερ καὶ εὐώνυμος. Consentit Eustathius in Odyss. A. p. 1398, 50.

887. * Ὁμόσπλαγχνος. *Ejusdem visceris. Cognatus.* Dein πλεύρωμα dicitur pro πλευρά, sicut τρίχωμα pro θρὶξ supra 663. χαίτωμα pro χαιτὴ 381. ubi vide. πέπλωμα pro πέπλος infra 1041.

889. Ἀντιφόνος. *Cædem cæde compensans.* Eumen. 980. ἀντιφόνους ἄτας. Sophocl. Philoct. 1156. ἀντιφόνον κορέσαι στόμα. Electr. 248. δώσουσιν ἀντιφόνους δίκας.

890. Διανταῖος. *Penitus perforans.* Hesych. Ἀνταίαν. ἔκτοπον, χαλεπήν. Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ. Idem, Ἀνταίας. πολεμίας, ἐχθρᾶς. Σοφοκλῆς Πολυΐδῳ. Choeph. 178. ἐπαίσθην δ' ὡς διανταίῳ βέλει. quod primario sensu explicat Scholiasta, ἐξ ἐναντίας τιτρώσκοντι. Ibid. 630. ἄγχι πνευμόνων ξίφος διανταῖον ὀξυπευκὲς οὐτᾷ. Sophocl. Antig. 1308. τί μ' οὐκ ἀνταίαν ἔπαισέ τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει; Electr. 197. ἀνταία γενύων ὡρμάθη πλαγά. Eurip. Androm. 835. ἵν' ἀνταίαν ἐρείσω πλαγάν. Ion. 766. Διανταῖος ἔτυπεν ὀδύνα με Πνευμόνων τῶνδ' ἔσω. Nicetas in Manuel. Comn. 3. οὐκοῦν κατὰ καρδίας ἑτέραν ἀνταίαν πληγὴν εἰληφώς. cujus loci notitiam debeo Joanni Kirchmanno de Annulis p. 50. Primario sensu Pers. 603. ἀνταῖα, *adversa.*

892. Ἄναυδος. *Mutus.* Supra 82. Agam. 479. Schol. interpretatur ἰσχύϊ μεγάλῃ καὶ ἀνεκλαλήτῳ. In Agam. 229. χαλινῶν ἀναύδῳ μένει est, *frænorum vi vocem comprimente.* Quare locum sic verterim; *Vi silente* (i. e. *ira, quæ se invicem affari non sinebat*) *fatalique discordia, quam pater imprecatus erat.*

893. * Διχόφρων. *Discors.* Agam. 732. Δίχα δ' ἄλλων

μονόφρων εἰμί. Pindarus dixit διχόβουλος eodem fere sensu, Ol. VIII. 114. ubi Heynius citat Homericum δίχα νοεῖν.

896. Ἐπίγονοι. *Posteri.* Ita dicebantur κατ' ἐξοχήν Septem ducum filii, qui decem post annis, Thersandro duce, Thebas expugnaverunt; de quibus vid. Heyne. ad Apollodor. III. 7. 2. Num hos innuerit Æschylus vix satis liquet.

897. Αἰνόμορος. *Cui sors infelix obtigit.* Idem ac δύσμορος. Iliad. X. 480. ὅ μ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐοῦσαν Δύσμορος αἰνόμορον. Sic quem Homerus δύσπαριν vocat, αἰνόπαριν dixere Alcman ap. Schol. Venet. in Iliad. Γ. 39. Euripides Hecub. 932.

899. Μοιράομαι. *Divido.* Hesych. Μοιρήσασθαι. λαχεῖν. Compositum ἐπιμοιράομαι habet Moschio Stobæi Ecl. p. 147. κἀπιμοιρᾶσθαι κόνιν. διαμοιράομαι Eurip. Hecub. 1059.

900. Ὀξυκάρδιος. *Acutum cor habens. Iracundus.* Aristoph. Vesp. 430. Abreschio citatus, σφῆκες ὀξυκάρδιοι. Frequens est ὀξύθυμος. Videndus est Harpocratio in v. Ὀξυθυμίαι.

902. * Διαλλακτήρ. *Reconciliator.* Vid. supra 882. Forma vulgaris est διαλλάκτης.

903. Ἀμεμφία. *Nulla reprehensio.* Sophocles Inacho apud Schol. Aristoph. Plut. 727. ἀμεμφίας χάριν. Verte autem, *Reconciliatori autem* (ferro scil. cf. 882.) *reprehensio erat ex amicis eorum.* Bene Schol. A. μέμφονται δὲ οἱ φίλοι τῷ διαλλακτῆρι αὐτῶν σιδήρῳ.

904. Ἐπίχαρις. *Gratus.* Alibi apud Tragicos haud offendi. Occurrit Xenoph. Œcon. VII. 37. Hier. IX. 4. Vid. Albert. ad Hesych. in v. Ex hoc versu firmari videtur Plutarchi lectio in Nostr. Suppl. 676. Ἄχαριν—Ἄρην, pro ἄχορον. Vid. Porson. ad Eurip. Phœniss. 800.

905. * Σιδηρόπληκτος. *Ferro percussus.* Schwenkius confert Iliad. T. 25. χαλκοτύπους ὠτειλάς. Verte autem σιδηρόπλακτοι ταφῶν λαχαί, *sepulcrorum sortitiones ferro factæ.* i. e. *sepulcra ferro effossa.*

910. * Δαϊκτήρ. *Divisor.* Hesych. Δαΐζων. κατακόπτων. (Suppl. 674.) Vid. supra 732. Suppl. 795. δαίκτορος βίᾳ.

Ibid. * Αὐτόστονος. *Sua mala gemens.* * Αὐτοπήμων. *In se infortunia habens.* Composita ex αὐτὸς adamavit Æschylus. Vid. supra 678. 715. 731. 732. 805. 848. 850. infra 1065.

912. * Δαϊόφρων. Vide notas. Exemplum hujus vocis requiro. Recte autem formatur, ut ἀγανόφρων, δολιόφρων et similia.

Ibid. * Φιλογηθής. *Lætitiæ amans.* Vide notas.

915. Μινύθω. *Decresco. Tabesco.* Hesych. Μινύθει. ἐλαττοῦται, μειοῦται. Homer. Iliad. P. 738. μινύθουσι δὲ οἶκοι. Eumen. 374. Δόξαι—τακόμεναι κατὰ γᾶν μινύθουσιν ἄτιμοι. Sophocl. Œd. Col. 685. οὐδ' ἄϋπνοι κρῆναι μινύθουσιν. Active etiam usurpatur, ut Iliad. O. 493. Dein recte monet Butlerus subaudiendum esse ἕνεκα ante δυοῖν ἀνάκτοιν.

919. Στίξ. *Ordo.* Hesych. Στίχες. τάξεις ὅπλων (imo ὁπλιτῶν.) Vox frequens apud Homerum. πολεμίων στίχας Eurip. Heraclid. 676. Cf. ejusd. Suppl. 669. Altera forma, στίχος, occurrit Pers. 366. Bene Schol. A. πολλὰ κακὰ ἔπραξαν τοῖς πολίταις, τοῖς μὲν Θηβαίοις ὁ Ἐτεοκλῆς, τοῖς δὲ Ἀργείοις Πολυνείκης.

920. Πολύφθορος. *Multum periens.* Quo sensu ponitur Sophocl. Trachin. 477. ἡ πολύφθορος Οἰχαλία. Electr. 10. Πολύφθορόν τε δῶμα Πελοπιδῶν τόδε. Contra pro *multum perdens* Eurip. Phœniss. 1036.

Ibid. Δαΐς. *Pugna.* Hesych. Δαΐ. μάχῃ. ὡς γραῦς, γραΐ. καὶ δᾴς, δαΐ. Minus bene: δᾴς enim, ni fallor, non nisi de *face* ponitur. Etymol. M. p. 244, 53. ἔστι καὶ δαΐς ἡ μάχη. παρὰ τὸ δαίω τὸ διακόπτω—ἡ δοτικὴ δαΐδι· καὶ κατὰ συγκοπὴν τῆς δῖ συλλαβῆς, δαΐ.—ἐν δαΐ λυγρῇ. (Iliad. N. 286.) Iliad. Ξ. 387. Ἐν δαΐ λευγαλέῃ. ubi Schol. Venet. ὅτι βαρύνεται ἡ εὐθεῖα δαΐς, διδασκόμεθα ἐκ τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ αἰτιατικῆς, Εἰς δάΐν ὁπλισμὸν ἵππειον. Forsan ὁπλισμῶν ἱππείων.

926. Ἀλληλοφόνος. *Se invicem occidens.* Pindar. Ol. II. 3. de Œdipo, ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ Ἐρινύς, πέφνεν ἑοῖ σὺν ἀλλαλοφονίᾳ γένος ἀρήϊον.

930. Πανώλεθρος. Supra 71.

931. * Διατομή. *Dissectio.* hæreditatis scilicet, cum allusione

etiam ad vulnera ferro inflicta; quod optime monet Butlerus. Eurip. Hecub. 770. *διατεμὼν χρόα.*

935. **Ζόη.** *Vita.* Pro sanguine positum existimat Schutzius. **Φονόρυτος** autem *sanguine perfusus*; vel, si *ζόα φονόρυτος* legas, *sanguine fluens*: et hoc verum puto.

939. **Σεύω.** *Propero.* Vid. supra ad v. 31. Porson. ad Eurip. Hecub. 1065.

942. **Δατητής.** *Divisor.* Vox politica. Harpocrat. Δατεῖσθαι, *τὸ μερίζεσθαι. οἱ δὲ δατηταί, οἱονεὶ μεριστα. τὸ δὴ Εἰς δατητῶν αἵρεσιν, εἶδός τι δίκης ἐστίν. ὁπότε γὰρ κοινωνοῖέν τινες ἀλλήλοις, καὶ οἱ μὲν βούλοιντο διανέμεσθαι τὰ κοινά, οἱ δὲ μή, ἐδικάζοντο οἱ βουλόμενοι τοῖς μὴ βουλομένοις, προσκαλούμενοι εἰς δατητῶν αἵρεσιν. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀλεξίδημον, εἰ γνήσιος. καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ.* Pollux. VIII. 10. *οἱ διανέμοντες, δατηταί. καὶ εἰς δατητῶν αἵρεσιν, ἔλεγον οἱ ῥήτορες.* Etymol. M. p. 249, 42. *Δατητὴς παρὰ Ἀττικοῖς ὁ διανεμητής. Ἀριστοτέλης, Τίν' οἱ δατηταί. Ἀπολλόδωρος διὰ τοῦ σ̄ φησί.* Quæ sequuntur non videntur esse Apollodori verba, etsi inter fragmenta ejus ab Heynio relata sunt. Corrigendum autem puto *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Τίνες οἱ δατηταί*, qui capitis forsan titulus fuit magni operis ab Harpocratione citati.

946. ***Διόσδοτος.** *A Jove datus.* Agam. 1362. a Porsono præclare emendatus, *διοσδότῳ γάνει.* Eum. 623. *Διοσδότοις σκήπτροισι.*

947. **Χῶμα.** *Agger.* *ὕψωμα γῆς, ἢ ὄχθη.* Hesych. Veterum tumuli terræ aggestus erant, (Anglice *barrows.*) et *χοῦσθαι* dicebantur. Choeph. 349. *Πολύχωστον ἂν εἶχες τάφον διακοντίου γᾶς.* Incert. Rhes. 414. *οἱ μὲν ἐν χωστοῖς τάφοις Κεῖνται πεσόντες.* Sophocl. Antig. 80. *τάφον Χώσουσ' ἀδέλφῳ.* 1203. *Καὶ τύμβον ὀρθόκραιρον οἰκείας χθονὸς Χώσαντες.* Pollux. *μνῆμα, τάφος, χῶμα.* Vide infra 1024. Cf. Wesseling. ad Herodot. IX. p. 731. Eurip. Hecub. 221. *Σφάξαι πρὸς ὀρθὸν χῶμ' Ἀχιλλείου τάφου.* ibid. 522. Iph. Taur. 702. *Τύμβον τε χῶσον, κἀπίθες μνημεῖά μοι.* cf. Iph. Aul. 1443. Herodot. V. 8. Simonid. LIV. 4. Theocrit. XXIII. 43.

948. **Ἄβυσσος.** *Fundo carens.* *πέρας οὐκ ἔχων.* Hesych. ubi Albertius citat præter h. v. Suppl. 479. *ἄβυσσον πέλαγος.* Eurip. Phœniss. 1621. *εἰς ἄβυσσα χάσματα.* Aristoph. Lysistr. 174. *ἀργύριον*

τἄβυσσον. Herodot. II. 28. qui πηγὰς ἀβύσσους memorat. Noster Suppl. 1056. ὄψιν ἄβυσσον. Toupius in Suid. III. p. 12. notat Dionys. Halic. in Exc. Vales. IV. p. 2362. ἐν ᾧ χρυσός τις ἄβυσσος, ἀόρατος τοῖς πολλοῖς, κατὰ γῆς κεκρυμμένος. Gregor. Nazianz. apud Stob. p. 305. χρημάτων ἄβυσσον οἱ κεκτημένοι. Haud absimile est πόντος ἀγαθῶν Sophronis apud Schol. Aristoph. Plut. 1051. Toup. in Suid. II. p. 90. Alludit autem Æschylus ad Πλούτωνος nomen, de quo vide Spanhem. in Callim. p. 841. et ad Aristoph. Plut. 727. Vox formatur a *βύσσος, fundus*, Iliad. Ω. 80.

949. Ἐπανθίζω. *Floridum reddo.* Butlerus confert Choeph. 144. Ὑμᾶς δὲ κωκυτοῖς ἐπανθίζειν νόμος. Agam. 1434. ἀπηνθίσω. *defloratsi*, seu potius *colores detersisti.* Hesych. Ἄνθη. τὰ χρώματα. Agam. 1652. Ἀλλὰ τούσδ' ἐμοὶ ματαίαν γλῶσσαν ὧδ' ἀπανθίσαι. i. e. τὸ ἄνθος ἐκβάλλειν. sicut de vino Alexis Athenæi II. p. 36. E. ἀπανθήσαντα δὲ Σκληρὸν γενέσθαι.

951. * Ἐπαλαλάζω. *Triumphans acclamo.* ἀλαλάζω est ab ἀλαλά, militum ovantium clamor. Hesych. Ἀλαλάζει. ἐπινικίως ἠχεῖ. Interdum vero simpliciter *ejulo.* Supra 493. Vid. Pers. 390. Sophocl. Antig. 131. Eurip. Phœniss. 1410. Suppl. 719. Herc. Fur. 10. Electr. 855. Spanhem. ad Julian. Imp. p. 234.

954. Νόμος. *Cantilena.* Photius et Suidas, Νόμος ὁ κιθαρῳδικός, τρόπος τῆς μελῳδίας ἁρμονίαν ἔχων ταύτην καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. ἦσαν δὲ ἑπτὰ οἱ ὑπὸ Τερπάνδρου, ὧν εἷς ὄρθιος, τετράδιος, ΟΞΥΣ. Etymol. M. p. 607, 1. Νόμοι κιθαρῳδικοί. τὸν Ἀπόλλω μετὰ τῆς λύρας καταδεῖξαι τοῖς ἀνθρώποις νόμους φασὶ καθ' οὓς ζήσονται, πραΰνοντα τῷ μέλει τὸ καταρχὰς θηριῶδες ἡμῶν· ὅθεν τὰ κιθαρωδούμενα καλοῦσι νόμους. Eadem habet Suidas ex Aristotele. Consentit Proclus Chrestom. p. 344. qui et plura tradit lectu dignissima; vide ibi Schottum et Auctores a Gaisfordio citatos. Cf. Agam. 1155.

954. * Πάντροπος φυγή. *Fuga penitus versa*, i. e. *fuga quæ omnium τροπὴν consequitur.* Anglice, *a total rout.*

957. Θείνω. *Ferio.* Vide nott. ad v. 378.

961. * Μελεόπονος. *Qui misera elaboravit.* vi activa; ut πολύπονον δόρυ Pers. 320. * Μελεοπαθής, *qui misera passus est.*

963. **Πρόκειμαι.** *Procumbo. Producor*, sc. *cadaver*. Προκεῖσθαι de iis qui occisi sunt dici ostendit V. D. in Misc. Obs. V. iii. p. 84. Sophocl. Ajac. 126. *τὰ νῦν δ' ἀτίμως Ὧδε πρόκειμαι.* 1059. *Θανόντες ἂν πρόσκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ.* Cf. Eurip. Phœniss. 1710. Alcest. 1015.

965. **Ἔν.** *Simul.* Sophocl. Œd. Tyr. 27. *ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς Σκήψας ἐλαύνει—πόλιν* ubi vide Elmsleium. Philemon Stobæi VIII. p. 52. *Κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαῖαι φρένες.* Theocrit. II. 68. *πολλὰ μὲν ἄλλα—ἐν δὲ λέαινα.* Callim. Dian. 138. *ἐν δὲ σὺ πολλή.*

970. Intelligo Antigonam, modo Eteoclis modo Polynicis cadavera respicientem, exclamare, *talium calamitatum* (sc. Eteoclis) *similes hæ sunt.* (sc. Polynicis.) Hæc quadrant cum præcedentibus: vel, ob versum proxime sequentem, vertendum est, *nostræ calamitates illorum malis similes sunt.*

973. * **Βαρυδότειρα.** *Gravia dans mala.*

974. **Σκία.** *Umbra.* Schol. A. *σκίαν Οἰδίποδος αὐτὸν καλεῖ τὸν Οἰδίποδα· τυφλωθεὶς γὰρ εἴδωλον εἶναι δοκεῖ, καὶ οὐ τέλειος ἄνθρωπος.* Grammaticus respicit Eurip. Phœniss. 1559. ubi se vocat Œdipus *αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον.* Œdipum vero Æschylus supremum diem obiisse fingit.

985. **Δίνγρος.** *Madidus.* Scholiasta vero, *δίνγρα: πήματα χεόμενα καὶ πολλά.* Constructio videtur esse *δίνγρα πημάτων, malis madefacta*, i. e. *saturata.* Anglice *soaked with misfortunes.* Forsan quis legendum conjiciat *αἱμάτων.*

Ibid. **Τρίπαλτος.** *Perquam vehemens.* Proprie dictum de hasta, ter vibrata ut melius volet. Quod bene vidit Butlerus. *τριπάλτων. σφοδρῶς πηδησάντων.* Schol. A. Sophocl. Ajac. 408. *Πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἂν με χειρὶ φονεύοι.* ubi Schol. *παντὶ σθένει, ὡς Δίδυμος. ἢ ὁ στρατός με φονεύοι, λαβὼν τὰ δίπαλτα δοράτια, ὡς Ἴλιος φησί.* Eustath. ad Iliad. H. p. 674, 12. *καὶ πάλτόν, εἶδός τι ὅπλου, ἐξ οὗ καὶ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ δίπαλτος φονεύς.* Eurip. Iph. Taur. 323. *δίπαλτα πολεμίων ξίφη.* Theophylact. Bulgar. Epist. 74. p. 109. *δίπαλτος ἡμῖν ὁ πονηρὸς ἔπεισιν. duplici vi.* Schutzius in ed. l. *δορικάλτων*, quæ

quidem vox occurrit Agam. 177. Hermannus legit διπάλτων, citato Sophoclis loco. Equidem cum Butlero vulgatam retineo.

992. Διαπεράω. *Trajicio.* Schutzius intelligit *huc proficiscens.* Malim cum Scholiasta διαπερῶν μοῖραν.

994. Κατέρχομαι. Vide supra 644.

995. Ἀντηρέτης. Supra 269.

1003. Δαιμονάω. *Malo numine teneor.* Choeph. 558. δαιμονᾷ δόμος κακοῖς. Eurip. Phœniss. 900. τῶν Οἰδίπου Μηδένα πολίτην μηδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός, Ὡς δαιμονῶντας, κἀνατρέψοντας πόλιν. Menander emendatus a Porsono Opusc. p. 250. Πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς δαιμονᾷς, γεγὼς ἔτη Τοσαῦτ'; ὁμοῦ γάρ ἐστιν ἑξήκοντά σοι. Recentiores dixerunt δαιμονίζειν, Cretes vero δαιμονητιᾶν, teste Hesychio. Plenius interdum efferebant, κακοδαιμονᾶν. Aristoph. Plut. 372. Phrynich. Ecl. p. 26. Κακοδαιμονεῖν. οὕτως οἱ νόθως ἀττικίζοντες, Ἀθηναῖοι γὰρ διὰ τοῦ α κακοδαιμονᾶν λέγουσι. καὶ θαυμάσαι δ' ἄν τις, πῶς εὐδαιμονεῖν μὲν λέγουσιν, οὐκέτι δὲ κακοδαιμονεῖν, ἀλλὰ κακοδαιμονᾶν. At vero non est cur quis miretur. Ab adjectivo εὐδαίμων recte formatur εὐδαιμονέω, *felix sum*: a substantivo δαίμων fingitur verbum δαιμονάω *numine gestio*, ut a φόνος, φονάω: et hinc κακοδαιμονάω.

1006. Πάρευνος. *Juxta accumbens.* Recte Schol. A. πλησίον τοῦ πατρός. πῆμα de fratribus poni, bene monet Schutzius, vertitque, *Heu malum, juxta patrem accubiturum.* Sophocl. Trachin. 793. δυσπάρευνον λέκτρον, *connubium cum mala conjuge.*

1008. Πρόβουλος. *Princeps Senatus.* ἔξαρχος τοῦ βουλευτηρίου. Hesych. et Photius. Etymol. M. p. 208, 42. Βουληφόρος. πρόβουλος, ἀρχίβουλος, ἡγέμων.

1012. Ὅσιος. *Sanctus. Purus.* Constructionem non expedio; ἱερῶν ὅσιος, an ἱερῶν (ὕπερ) τέθνηκεν? Judicent lectores.

1015. Νεκρός. *Cadaver.* Eurip. Hecub. 665. νεκρὸν τόνδε Πολυξένης. Ubi Porsonus. "νεκρὸς masculino genere pro cadavere semper dicitur." Id. Phœniss. 1648. τόνδε Πολυνείκους νεκρὸν Ἐκβάλετ' ἄθαπτον τῆσδ' ὄρων ἔξω χθονός. ubi vide. Tragicorum loca, quæ ab Homerico isto ἐλώρια τεῦχε κυνέσσιν, Οἰωνοῖσί τε πᾶσι, colorem

sumsere, recenset Abreschius; cujus exemplis adjicias Nostri Suppl. 707. Sophocl. Antig. 697. 1080. Cf. etiam Herodot. VII. 10. Catull. LXI. 152.

1017. Ἀναστατήρ. *Eversor.* ἀνίστασθαι dicuntur cives, qui, urbe eversa, alias migrant. Exempla ubique obvia.

1019. Ἄγος. *Piaculum.* Eumen. 1068. Choeph. 149. Sophocl. Œd. Tyr. 1426. Antig. 256. 775.

1021. Ἐπακτός. Supra 580. Mox ἥρει pro *capere tentabat*; effectus pro conatu: vid. Larcher. ad Herodot. V. 22, 8. et Wesseling. ad V. 70.

1023. Θάπτω. *Parento.* Hanc vocem, de omni funeris curandi modo dictam, illustrant Hemsterhusius in Misc. Obs. V. p. 21. Cuperus Obs. I. 7. Marklandus ad Eurip. Suppl. 935. Wesseling. ad Diodor. Sic. III. 55. Dorvill. ad Charit. p. 73. Ruhnken. Præfat. ad Schelleri Lex. p. 9. Joan. ad Nodel. Act. Societ. Trajectin. I. p. 158. Larcherus ad Herodot. T. IV. p. 191. Ceterum recte vidit Anonymus apud Burgessium, ὑπ' οἰωνῶν ταφῆναι nihil aliud esse quam *alitibus devorari.* Unde γῦπες ἔμψυχοι τάφοι Gorgiæ dicuntur apud Longin. π. ὑ. §. 3. ubi vide omnino Ruhnkenium. (Lucret. V. 991. *Viva videns vivo sepeliri viscera busto.*) Alia quædam commode citat Abresch. e. g. Achill. Tat. III. p. 165. notans Sophoclem volucres canesque ταφέας vocare Electr. 1488. ubi vid. Brunck. et Musgrav. et G. Cuper. Obs. I. 46. de populis quibusdam, qui canes ἐνταφιαστὰς vocabant.

Ibid. Ἐπιτίμιον. *Merces.* πρόστιμον, τιμωρία. Hesych. Idem, Πιτίμια. τὰς ἀξίας τιμωρίας πιτίμια φασίν. ubi reponendum τάπιτίμια et ἐπιτίμια ex Suida et Lex. MS. Bibl. Coislin. Sophocl. Electr. 1382. τάπιτίμια Τῆς δυσσεβείας οἷα δωροῦνται θεοί. Eurip. Hecub. 1069. Δράσαντι δ' αἰσχρά, δεινὰ τάπιτίμια Δαίμων ἔδωκεν. ubi vide Porson. in ed. 3. Cf. Glossar. in Prometh. 77.

1024. * Τυμβοχόος. *Tumulum aggerens.* τυμβοχόα χειρώματα. *tumuli aggestiones manibus factæ.* Nulla est quæstio de libatione in tumulum effundenda, quod putarunt Stanleius et Schutzius. Hesych. Τυμβοχοῆσαι. περιχῶσαι. θάψαι. Lex. MS. ap. Albert. explicat τύμβου χωστοῦ ἀξιῶσαι. Photius, Τυμβοχοεῖ. θάπτει. Homer. Iliad. Φ.

322. *οὐδέ τι μιν χρεὼ Ἔσται τυμβοχοῆσ', ὅτε μιν θάπτωσιν Ἀχαιοί.* ubi Schol. Ven. *οὐκ ἔσται αὐτῷ χρεία χώσεως τάφου.* Vid. Auctar. in Hesych. II. 1433. Etymol. M. p. 771, 39. *Τυμβοχοεῖ. θάπτει χωστῷ τάφῳ.* quo sensu ponitur ap. Herodot. VII. 117. Hinc *ἔργμα τυμβόχωστον* Sophocl. Antig. 848. Plura vide ad v. 947.

1025. **Οἴμωγμα.** Supra v. 8.

1026. **Ἐκφορά.** *Elatio.* sensu efferendi ad funus. Hesych. *Ἐκφοράν. ἔξοδον, ταφήν.* Aristoph. Plut. 1009. *Ἐπ' ἐκφοράν.* ubi Hemsterhusius explicat *ἐπ' ἐκφορὰν βαδίζειν, exequias ire.* Vide ibi Spanhem. Kirchmann. de Fun. II. Notum est Terentii *Effertur; imus.* ubi Donatus. "Efferri proprie dicuntur cadavera mortuorum: et *ire* proprie ad exequias."

1027. **Τέλος.** *Magistratus.* Vide ad Agam. 104.

1037. * **Κοιλογάστωρ.** Supra 492.

1038. **Σπάω.** *Divello.* Vide notas.

1041. **Βύσσινος.** *Byssinus.* **Βύσσος.** *linus tenuis.* Hesych. *Βύσσινον, πορφυροῦν.* Phavorinus vero *κόκκινον.* Vid. Schleusner. Lex. N.T. in voce. Pers. 124. *βυσσίνοις δ' ἐν πέπλοις πέσῃ λακίς.* Eurip. Bacch. 819. *Στεῖλαί νιν ἀμφὶ χρωτὶ βυσσίνους πέπλους.* Nossis Epigr. ap. Bentl. Diss. Phalar. p. 350. *Δέξαι βύσσινον εἷμα.* Sophocl. Laocoont. fr. 3. si sana sit lectio, *Νώτου κατασταζοντα βύσσινον φάρος.* Sinu autem latura erat *τὰς κατασκαφάς*, i. e. satis pulveris ad inspergendum cadaver.

1045. **Περισσός.** *Superfluus.* Vid. Monk. ad Eurip. Hippol. 952.

1051. **Ἀνταμείβομαι.** *Repenso.* Vid. nott. in Prometh. 231.

1053. Verte, *Contention is the last goddess to finish a dispute.* Hunc versum, etsi alienam sedem occupavit, Æschyleum tamen puto.

1054. **Μακρηγορέω.** *Longa oratione utor.* Eurip. Phœniss. 773. *τί δεῖ μακρηγορεῖν;* Hippol. 704. *Μακρηγορούμεν.*

1055. * **Αὐτόβουλος.** *Contumax.* Anglice *Self-willed.* Idem fere ac *αὐθάδης*, de qua voce vid. Glossar. in Prometh. 64.

1057. Μεγάλαυχος. *Magnifice jactans. Superbus.* μεγαλόφρων. Hesych. Vid. Schleusner. Lex. N.T. v. μεγαλαυχέω. Pers. 539. Περσῶν Τῶν μεγαλαίχων. Scilicet *triumphari* dicuntur furiæ: vid. supra 951.

Ibid. * Φθερσιγενής. *Genus perdens.*

1059. Πρέμνοθεν. Supra 71.

1060. Μάομαι. *Excogito.* Vid. Glossar. in Prometh. 486.

1063. Ἀποτρέπομαι. *Aversor.* Eurip. Orest. 410. εὐπαίδευτα δ' ἀποτρέπει λέγειν. Iph. Aul. 335.

1067. * Μονόκλαυτος θρῆνος. *Nenia cum unius tantum lacrymis decantata.* θρῆνος supra 861.

1072. Πρόπομπος. *Pompam ducens.* Supra 1062. προπέμπειν ἐπὶ τύμβον. Eumen. 206. Sophocl. Œd. Col. 1067. Ποῦ δ' αἵ τε παῖδες χ'οἱ προπέμψαντες φίλων;

1077. Μετὰ γὰρ μάκαρας κ. τ. λ. Herodot. VII. 139. Athenienses erant βασιλῆα, μετά γε θεούς, ἀνωσάμενοι.

1078. Ἐρύκω. *Arceo.* Sophocl. Trachin. 123. Eurip. Herc. F. 317. Θανεῖν ἐρύκει μ'. Verbum Homericum. De constructione vide ad Prometh. 244.

1080. Ἀλλοδαπός. *Alienigena.* Vid. supra ad 351.

1081. Κατακλύζω. *Obruo.* Vid. Eurip. Orest. 336. Troad. 995. De metaphora supra ad v. 64. Quædam ex exemplis ibi notatis citavit ad h. v. Abreschius.

FINIS GLOSSARII IN SEPTEM CONTRA THEBAS.

INDEX

IN

GLOSSARIUM.

A.

A SUPERVACUA verborum capite v. 47.
ἄβυσσος 948.
ἀγάστονος 96.
ἄγγελος 82.
ἀγήνωρ 118.
ἀγοραῖοι θεοὶ 258.
ἄγος 1019.
ἄγρευμα 603.
Æschylus; personas suas quales finxerit 381.
αἰακτὸς 846.
αἴθων 444.
αἱματηφόρος 415.
αἰνόμορος 897.
αἴολος 490.
αἰχμὴ 525.
αἰὼν *vita* 205. 773.
ἀκμάζει 94.
ἀκμὴ *ibid.*
ἀκριτόφυρτος 354.
ἀκροβόλος 146.
ἀλαπάζω 47.
ἀλδαίνω 12. 553.
ἀλεξητήριος 8.
ἀλεύω 87. 130.
ἀλίζω verborum terminatio 229.
ἄλκη 76. 201. 759.
ἀλληλοφόνος 926.
ἀλλοδαπὸς 1079.
ἄλοξ 590.
ἀλύω 387.
ἀλφηστὴς 768.
ἄλως 485.
ἀλώσιμος 632.
ἀμάχετος 85.
ἀμβλύνω 844.
ἀμείβομαι 856.
ἀμεμφία 903.
ἀμὸς 413.
Amphiarai interitus 585.
ἀμπυκτὴρ 457.
ἀμφί τι ἔχειν 98.
ἀμφίβολος 285.
ἀναλόω 813.
ἀναρπάξανδρος 775.
ἀναστατὴρ 1017.
Anastrophe 389. 452.
ἀνασχετὸς 166.

ἀνατέλλω 531.
ἄναυδος 892.
ἀνδρηλάτης 634.
ἀνδροκτασία 690.
ἀνδρολέτειρα 302.
ἀνδρόπαις 529.
ἀνταῖος 890.
ἀνταμείβομαι 1051.
ἀντηρέτης 269. 514. 592. 995.
ἀντίπαις 529.
ἀντίτυποι 517.
ἀντιφόνος 889.
ἄντλος 797.
ανω verborum terminatio 44.
ἀπαμβλύνω 712.
ἀπείπω 840.
ἄπιστος 873.
ἀπό, vis ejus in compositis 840.
ἀπογυμνάζω 437.
ἀποστέγω 220.
ἀποτρέπομαι 1063.
ἀποτροπαῖοι θεοὶ 8.
ἀπύω 132.
ἀραγμὸς 235.
ἀργηστὴς 60.
ἀργὸς 407.
Ἄρην δεδορκότες 53.
ἀρκέω *repello* 90.
ἁρματόκτυπος 188.
ἄρουρα 752.
ἁρπαγὴ 343.
ἁρπαλίζω 229.
ἀρτιβρεφὴς 342.
ἀρτίκολλος 369.
ἀρτίτροπος 323.
ἀρτίφρων 777.
ἀσπαίρω 47.
ἀστιβὴς 857.
ἄστονος 856.
ἀστυδρομέω 207.
ἀτίζω 487.
ἀτρύμων 874.
Averruncus 8.
ἀϋτέω 380.
αὐτόβουλος 1055.
αὐτοδάϊκτος 732.
αὐτόδηλος 848.
αὐτόστονος 910.
αὖω 170.

B.

Βὰ ovium vox 568.
βαβάζω *ibid.*
βάζω *ibid.*
βαθύζωνος 862.
βαθύκολπος *ibid.*
βαθὺς 590.
βαθύχθων 294.
βακχάω 494.
βαρυδότειρα 973.
βὴ ovium vox 568.
βήζω *ibid.*
βίᾳ τινὸς 608.
βλάστημα *propago* 529.
βλαστημὸς 12.
βλαψίφρων 722.
βληχὴ 340.
βοτὴρ 24.

βρέτας 169.
βρὶ particula 457.
βρίθω 141.
βριμάω 457.
βύσσινος 1041.

Γ.

Γαιάοχος 298.
γεγωνὸς 439.
γοργὸς 533.

Δ.

Δαΐζω 732.
δαϊκτὴρ 910.
δαιμονάω 1003.
δαϊόφρων 912.
δαὶς 920.
δάκος 554.
δάπος *solum* 351.
δασύθριξ 531.
δατήριος 708.
δατητὴς 942.
δγάλωτος 72.
δηρόβιος 520.
διαλαγχάνω 816.
διαλλάσσω 882.
διανταῖος 890.
διαπάλλω 728.
διαπεράω 992.
διαρκέω 842.
διαῤῥοθέω 176.
διατομὴ 931.
δίδυμάνωρ 849.
Δίκη παῖς Διὸς 659.
δινέω 486.
Διόσδοτος 946.
δίπαλτος 985.
Dividere maledictis 575.
δίυγρος 985.
διχόφρων 893.
διώκω 88. 367.
δορίμαργος 684.
δορυτίνακτος 143.
δουρίληπτος 264.
δοχμόλοφος 108.
δυσευνήτωρ 280.
δυσκέλαδος 865.
δύσορνις 838.
δυσφορέω 779.
δύσχιμος 499.

E.

Ἑβδομαγένης 801.
ἐγγενεῖς θεοὶ 579.
ἐγχείμαργος 684.
ἐγχώριοι θεοὶ 14.
ἐδαφίζω 492.
ἐδώλιον 450.
εἷς, usus ejus 5.
εἰσθορέω 450.
εἰς φθόρον 238.
εἰς χεῖρας ἐλθεῖν 677.
ἔκηλος 224.
ἐκθαμνίζω 72.
ἐκ θυμοῦ 871.
ἔκκρουστος 538.
ἐκλαπάζω 451.
ἐκποδὼν 425.

ἐκφορὰ 1026.
ἐκ φρενὸς 871.
ἐλεδέμνας 83.
ἑλκοποιὸς 394.
ἐλλείπω 10.
ἐμβριμάομαι 457.
ἐν *simul* 965.
ἐνδατέομαι 575.
Ἐννὼ 45.
ἐξαλείφω 15.
ἔξηβος 11.
ἐξυπτιάζω 574.
ἐπακτὸς 580. 1021.
ἐπαλαλάζω 493. 951.
ἔπαλξις 30. 146.
ἐπανθίζω 949.
ἐπαρκέω 90.
ἐπεξιακχάζω 632.
ἔπηλυς 34.
ἐπίγονος 896.
ἐπικηρύσσω 631.
ἐπίκοτος 786.
ἐπιμαστίδιος 341.
ἐπισπέρχω 686.
ἐπιστρέφομαι 645.
ἐπιστροφὴ *ibid.*
ἐπιτίμιον 1023.
ἐπίχαρις 904.
ἐποπτὴρ 637.
ἐρατὸς 862.
ἔργμα 552.
ἐρείψιμος 880.
ἐρειψίτοιχος *ibid.*
ἐρέσσω 854.
ἐρινὺς 720.
ἔρις de fulgure 425.
ἐρύκω 1070.
εὐδία 796.
εὔεδρος 93.
εὐεστὼ 171.
εὐκταῖος 720.
εὔκυκλος 536.
εὐμενὴς 17.
εὐτελὴς 487.
εὐτρεπὴς 90.
εὐώνυμος 886.
ἐφέστιος 73. 852.
ἐχθρόξενος 602.
ἔχομαι *teneo* 94.

Z.

Ζέω 705.
ζόη 935.
ζωπυρέω 276.

H.

ηδὸν adverbiorum terminatio 317.
ἡμεροσκόπος 66.
ἦ μὴν 527.
ηστὴς terminatio 641.
ἥσω 863.

Θ.

Θαλερὸς 704.
θάλπος 427.
θάπτω 1023.
θεμίσσω 691.
θεμιστὸς *ibid.*
θεοὶ ἀγοραῖοι 259.

θεοὶ γενέθλιοι 636.
——ἐγγενεῖς 579.
——πολιοῦχοι 69.
θεόκλυτος 131.
θεομανὴς 650.
θεόπτυστος 600.
θερμὸς 599.
θέσφατον 614.
θεωρὶς 856.
θήγω 712.
θιγγάνω 44. 244.
θούριος 42.
θρέμμα 166.
θρέομαι 78.
θρῆνος 861.
Θυιὰς 494.
θυμοπληθὴς 683.
θυστὰς 255.
θωρακεῖον 32.

I.

Ἰακχάζω 632.
ἰάπτω 286. 521. 540.
ἴουλος 530.
ἱππηδὸν 317.
ἵππιος Neptunus 122.
ἰχθυβόλος 123.

K.

Καινοτηγὴς 639.
καινοτήμων 358.
καίριος 1. 615.
κακόσπλαγχνος 223.
κακουχία 665.
καλλίπρωρος 529.
καμψίπους 792.
καπηλεύω 541.
κάσις de rebus sine sensu 490.
κατὰ *ad instar* 421.
κατάγω 644.
καταιγίζω 63.
κατακλύζω 1081.
καταξιόω 664.
κατασθμαίνω 389.
κατασκαφὴ 46.
κατασποδέω 809.
κατέρχομαι 644. 994.
κατοπτὴρ 36.
Cauda blandior 379.
Cauponor 54.
καχλάζω 109. 758.
κεδνὸς 62.
κέρδος 433.
κεύθω 585.
κινύρομαι 116.
κλαγγὴ 877.
κλάζω 382.
Clam mordax 379.
κλητὴρ 571.
κνημὶς 673.
κνόα 141.
κοιλογάστωρ 492. 1037.
κόμπασμα 547.
κόναβος 148.
κονίω 60.
κορκορυγὴ 337.
κοταίνω 481.
κότος 804.

κράνος 455.
κράτος de persona 121.
κρεισσότεκνος 783.
κρόκη 856.
κροτησμὸς 557.
κύβοι Ἄρεος 410.
κυκλωτὸς 536.
κῦμα μάχης 64.
κυμαίνω 439.
κυρέω 352. 696.
κύτος 491.
κώδων 382.
κωδωνίζειν *ibid.*

Λ.

Λαθροδήκτης 379.
λαίθαργος *ibid.*
λακάζω 170.
λαπάζω 47.
λαπάσσω *ibid.*
λάφυρα 264.
λελιμμένος 348.
λευστὴρ 183.
λεὼς 80.
λήθαργος 379.
λῃὶς 320.
λήκω 141.
λῆμα 444. 612. 703.
λιγαίνω 871.
λιγνὺς 490.
λιθὰς 146.
λίπτω 348.
Litotetis exempla 99.
λόφον σείειν 380.
λόφος *ibid.*
λοχαγέτης 42.
Λύκειος Apollo 138.
Lunæ antiquitas 385.
Luridus 693.

M.

M quibusdam vocibus inseritur 795.
μακρηγορέω 1054.
μάομαι 1061.
μαρμαίρω 397.
μάστιξ 604.
ματάω 37.
μαυρόω 47.
μεγάλαυχος 1057.
μεγασθενὴς 70.
μέδω 123.
μελάγκροκος 856.
μελαμπηγὴς 734.
μελαναιγὶς 696.
μελάνδετος 43.
μελεοπαθὴς 961.
μελεόπονος *ibid.*
μέλλω *cunctor* 95.
μεσόμφαλος 744.
μεταίχμιον 181.
μινύθω 915.
μιξόθροος 321.
μίσημα de persona 170.
μνημεῖα 49.
μνήστωρ 165.
μοιράομαι 899.
μονόκλαυτος 1067.
μυκτηρόκομπος 460.

N.

Ναυκληρέω 649.
νεκρὸς *cadaver* 1015.
νεκυάμβατος 856.
νεκυοστόλος *ibid.*
νέμεσις 221.
νεμέτωρ 481.
νεόκοτος 804.
νιφὰς 198.
νόμισμα 255.
νόμος musicus 954.
νυκτηγορέω 29.
νυκτὸς ὀφθαλμὸς 386.
νωμάω 13. 25.

Ξ.

Ξηρὸς de oculis 693.
ξυμβολέω 345.
ξυναυλία 838.
ξυνέστιος 771.
ξύννομος 347.
ξυνὸς 76.
ξυντέλεια 237.
ξυντυγχάνειν 260.

O.

Ὄβριμος 795.
Ὄγκα 483.
Œdipi diræ 786.
οἰακοστρόφος 62.
οἶκτος 51.
οἴμωγμα 8. 1025.
ὄκνος 54.
ὀκριόεις 287.
ὀλολυγμὸς 254.
ὀμόσπλαγχνος 887.
ὀξυκάρδιος 900.
ὁπλίζω 429.
ὄργια 164.
ὀρέσκοος 528.
ὄρθιος 560.
ὀρθόθριξ 560.
ὀρκάνη 338.
ὀρκωμοτέω 46.
ὀρότυπος 85.
ὅσιος 1012.
οσυνος terminatio 226.
ὄτλος 18.
ὄτοβος 188.
οὐκ ἄλλως ἐρῶ 486.
οὖρος 687.
οὐτιδανὸς 355.
οὐχ εἷς 99.
ὀφέλλω 177. 235.
ὀφθαλμὸς νυκτὸς 385.

Π.

Παιὰν 632. 867.
παιανίζω 254.
παιδολέτωρ 723.
παλαιγενὴς 739.
παλαίχθων 101.
παλινστομέω 244.
πάλος 55. 454.
παμπησία 818.
πανδημὶ 284.
πανδοκέω 18.

πάνδοκος 858.
πανήγυρις 206.
πανοῦργος 599.
πανσέληνος 385.
πάντα δρᾷν 599.
παντελὴς 110.
παντευχία 31.
παντοδαπὸς 351.
πάντρομος 281.
παντρόπος 954.
πανώλεθρος 71. 930.
παρ' ἀσπίδος 620.
παραστατέω 666.
πάρευνος 1006.
πάταγος 99. 225.
πεδιονόμος 258.
πεδιοπλόκτυπος 83.
πειθαρχία 210.
περίδρομος 491.
περίθυμος 721.
πηγὴ δακρύων 581.
πηδάλιον 191.
πιαίνω 584.
πικρόγλωσσος 787.
πίτυλος 854.
πλεκτάνη 491.
πλεύρωμα 887.
ποίφυγμα 266.
πολεμόκραντος 149.
πολιοῦχος 69. 300.
πολισσοῦχος 69. 257.
πολύβοτος 773.
πολύῤῥοθος 7.
πολὺς 5.
πολύφθορος 920.
πόμπιμος 854.
ποντομέδων 123.
ποταίνιος 225.
ποτάομαι 84.
πρᾶγος 2. 804.
πρέμνοθεν 71. 1059.
πρεσβὺς 385.
πρόβλημα 536. 673.
πρόβουλος 1008.
πρόδρομος 80. 196.
προϊάπτω 310.
πρόκειμαι 963.
προμάτωρ 129.
προπέμπω 1072.
πρόπομπος *ibid.*
πρόπρυμνος 767.
Prora simulacris deorum ornata 193.
προσβολὴ 28.
προσεδαφίζω 492.
προσμηχανάω 537.
προστατέω 392.
προστατήριος 445.
πρὸς ταῦτα 56.
προταρβέω 322.
προοῦπτος 848.
πρύμνηθεν 193.
Πρωνομέδεια 123.
Pueraster 529.
πυκάζω 137.
πυλωρὸς 617.
πυργηρέω 22. 168.
πύργωμα 30. 237.

πυριγενέτης 192.
πυρφορέω 332.
πύστις 54.

P.

Ῥέπω 21.
ῥίψοπλος 303.
ῥόθιον 356.
ῥυσίπολις 122.

Σ.

Σάγη 387.
σαίνω 379. 701.
σείειν λόφον 380.
σέλμα 32.
σεύω 939.
σηματοῦργος 487.
Sicci oculi 693.
σιδηρόπληκτος 905.
σιδηρόφρων 52.
Simulacra Deorum in prora navis 193.
σκία 974.
σκότος uteri 661.
Σκύθης de ferro 817.
σοῦμαι 31.
σπαρτὸς 408.
σπάω 1038.
σπερχνὸς 271.
σταδαῖος 509.
στέγω 203. 798.
στέφω 50.
στὶξ 919.
στόμαργος 443.
στρόφος 869.
στύγος 650.
Sudus 796.
σύριγξ rotæ 189.
συρίζω 459.
σφυρήλατος 816.
σχέθω 75.
σχέσις 503.
σχῆμα 484.

T.

Ταγεύω 57.
ταρβόσυνος 226.
ταρφύθριξ 531.
ταρφὺς *ibid.*
ταυροσφαγέω 43.
ταφεῖς alites dicuntur 1023.
ταχύῤῥοθος 271.
τέλος 245.
τευχηστὴς 641.
τί γένωμαι; 144. 284.
Tiresiæ auguria 24.
τινακτοπήληξ 381.
τρέφομαι cum genitivo 793.
τρέω 790.
τρικυμία 757.
τριλοφία 380.
τρίπαλτος 985.
τρίχηλος 757.
τρίχωμα 663.
τροπαία 703.
τροφεῖα 473.
τρυφάλεια 380.
τυμβοχοέω 1024.
τυμβοχόος *ibid.*

τυμβόχωστος 1204.
τύπος 484.
Τυφὼς 489.

Υ.

Ὑμνέω 7.
ὑπέραυχος 479.
ὑπέρκοπος 387.
ὑπέρτερος 526.
ὑπνώσσω 273.
ὑστερόποινος 740.

Φ.

Φείδομαι 408.
φερέγγυος 392. 445.
φέριστος 39.
φιλογηθὴς 912.
φθερσιγενὴς 1057.
φιμὸς 459.
φλέγω active 272. 509.
φλύω 658.
φόβον βλέπω 494.
φοῖτος 658.
φόνος cruor 44.
φρενώλης 754.
φρενῶν βίᾳ 608.
φροίμιον 6.
φρύαγμα 231.
φυράω 48.

X.

Χαίτωμα 381.
Χάλυβος 725.
χερὰς 287.
χερμὰς ibid.
χερσαῖος 64.
χθόνιος 518.
χνόα 141. 367
χραίνω 61. 333.
χρέος 20.
χρηστήριος 26.
χρυσοπήληξ 102.
χρηματοδαίτης 726.
χῶμα 947.
χῶσαι τάφον 947. 1024.

Ψ.

Ψαφαρὸς 312.
ψευδώνυμος 667.

Ω.

Ὥρα 13.
ὠγύγιος 310.
ὧδ' ἔχει λόγος 211.
ὠκύποινος 740.
ὠλεσίοικος 717.
ὠμοδακὴς 689.
ὠμοδρόπος 324.

FINIS.

TYPIS R. TAYLOR, SHOE-LANE.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ
ΠΕΡΣΑΙ

ÆSCHYLI
PERSÆ

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

EMENDAVIT

NOTAS ET GLOSSARIUM

ADJECIT

CAROLUS JACOBUS BLOMFIELD A.M.

COLLEGII SS. TRINITATIS

APUD CANTABRIGIENSES NUPER SOCIUS

EDITIO TERTIA

LONDINI

VENEUNT APUD J. MAWMAN

M DCCC XXVI.

LONDINI

TYPIS RICARDI TAYLOR, SHOE-LANE.

PRÆFATIO.

PRODEUNT tandem Persæ, serius quidem quam pollicitus eram; sed quominus promissis starem, obstiterunt caussæ, quas lectoris nihil interest ut in hoc loco referam. Prodeunt autem, si non emendati, at certe emendatiores quam in prioribus editionibus, et nonnullis in locis nova luce suffusi.

Subsidiis vero, quibus in Prometheo et Septem contra Thebas adornandis usus eram, nihil ad hanc fabulam adjumenti accessit, præter varias lectiones codicis cujusdam, quo, inter alios libros manuscriptos, munificentia Præsulis, qui hodie sedem Cantuariensem tenet, bibliothecam Lambethanam haud ita pridem ditavit. Sed nescio an vere dixerim librum istum a me collatum fuisse. Et enim quum occasio codicis evolvendi insperanti mihi oblata esset, summa cum festinatione, sine Æschylo impresso, et memoriæ tantum fidens, perlegi. Est autem liber iste chartaceus satis bonæ notæ, scriptura, ut videtur, sæculi XIV^ti, nitida et distincta. Lectiones quasdam optimas

præbet, quarum unam, quæ fuit in textum adsumenda, nescio qua incuria factum est ut silentio prætermiserim. In v. 125. codex habet κισσιῶν (sic) et Κίσσιον quidem vera lectio est: confer v. 17. et quæ dixi ad Theb. 1017. Utinam mihi per negotia, quibus tunc temporis districtus eram, hunc codicem accuratius usurpare licuisset; etsi, ut verum fatear, ex Æschyli libris manuscriptis, qui hodie servantur, si unum et alterum excipias, vix quidquam in textu sanando proficiendum esse usu didici.

Sed hoc nihil ad Persas, quos tamen non ante aggrediendos esse visum est, quam pauca quædam de ipsius fabulæ constitutione et chronologia præmittantur, quibus perlectis, juvenes possint ad ipsam tragœdiam majore cum fructu accedere. Est autem lectu dignissima, tam ob imaginum quæ in ea insunt pulcritudinem, verborumque splendorem, quam ob occasionem ejus, et quod Æschylus rerum quas depingit ipse pars aliqua fuerit.

Salamine pugnatum est Ol. LXXV. 1. Ejusdem Olympiadis anno tertio, Phrynichus tragœdiam Athenis docuit, vicitque, Themistocle chorago, prætore Adimanto. Nec dubium esse potest, quin Phœnissæ fuerit ista qua vicit fabula: "quod enim aptius argumentum inveniri poterat, et uberius ad gloriam Themistoclis, quam clades

Xerxis, in qua tanta ejus opera fuerat?*" Hoc autem fuisse Phœnissarum argumentum discimus ex Auctore argumenti ad Persas, qui citat Glaucum Rheginum ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων. Prologum tragœdiæ Phrynicheæ agebat Eunuchus, qui, dum Persarum magistratibus sedilia quædam sternebat, cladem Xerxis narrabat. Exordium autem hujusmodi erat,

Τάδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων.

Hermannus in Prolusione de Persis, Lipsiæ edita 1814. quam viri egregii humanitati debeo, suspicatur eunuchum istum minime ex servorum numero fuisse, sed munere aliquo insigni apud regem functum esse; a cujus equidem sententia invitus discedo. Erat autem, ni fallor, eunuchus iste servus, ex eorum genere, qui στρῶται dicebantur, de quibus insignis est Athenæi locus II. p. 48. C. πρῶτοι δὲ Πέρσαι, ὥς φησιν Ἡρακλείδης, καὶ τοὺς λεγομένους Στρώτας ἐφεῦρον, ἵνα κόσμον ἔχῃ ἡ στρῶσις, καὶ εὐάφειαν. τὸν οὖν Κρῆτα Τιμαγόραν, ἢ τὸν ἐκ Γόρτυνος (ὥς φησι Φανίας ὁ Περιπατητικὸς) Εντιμον, ὃς ζήλῳ Θεμιστοκλέους ἀνέβη ὡς βασιλέα, τιμῶν Ἀρταξέρξης, σκηνὴν μὲν ἔδωκεν αὐτῷ διαφέρουσαν τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, καὶ κλίνην ἀργυρόποδα· ἔπεμψε δὲ καὶ στρώματα πολυτελῆ,

* Bentleii Dissert. de Phalar. ex versione Lennepii p. 293. ed. 1781.

καὶ τὸν ὑποστρώσοντα, φάσκων οὐκ ἐσπίστασθαι τοὺς Ἕλληνας ὑποστρωννύειν. Unde liquet, artem sedilia sternendi, quæ in Homeri* ætate rudior erat, peculiarem apud Persas servum postulasse. Nec dubito, quin ipsas voces, στορνὺς θρόνους, quas ex Glauco affert Grammaticus, ipse Phrynichus usurpaverit. In θρόνῳ enim, seu δίφρῳ insidere, apud Persas dignitatis indicium erat. Herodot. III. 144. τῶν Περσέων οἱ πλείστου ἄξιοι, θρόνους θέμενοι, κατεναντίον τῆς ἀκροπόλιος ἐκατέατο. et ibid. 146. τῶν Περσέων τοὺς διφροφορευμένους τε καὶ λόγου πλείστου ἐόντας ἔκτεινον.

Ex eadem autem Phrynichi tragœdia versum conservavit Athenæus XIV. p. 635. C. Ψαλμοῖσιν ἀντισπάστ' ἀείδοντες μέλη, ad quæ μέλη alludit Aristophanes in noto isto vocabulo, ἀρχαιομελεσιδωνοφρυνιχήρατα, Vesp. 230. ubi vide Scholia. Antiatticista Sangerman. p. 114. ed. Bekker. Σφηκῶσαι, τὸ δῆσαι. Φρύνιχος Φοινίσσαις. Ex eadem fabula forsan desumtum est quod habet idem Grammaticus p. 116. Ψέλια. τὰ τοῖς πήχεσιν. οὐ μόνον στρεπτά. Φρύνιχος. in quo id mirum videtur, Grammaticos, quos impugnat Antiatticista, docuisse istam vocem στρεπτά apud scriptores Atticos de *armillis* semper positam fuisse; quo nihil minus verum esse potest: ψέλια enim semper

* Odyss. T. 97. Εὐρυνόμη, φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ.

de *armillis*, στρεπτά de *torquibus* usurpantur. Utrumque vero inter ornamenta Persica erat; unde verisimile fit Phrynichi locum ad Phœnissas referri debere. Xenoph. Anab. I. v. 8. de Persis; ἔνιοι δὲ καὶ στρεπτοὺς περὶ τῷ τραχήλῳ, καὶ ψέλια ἐπὶ τῶν χειρῶν—ἔχοντες. ibid. viii. 29. καὶ στρεπτὸν δὲ ἐφόρει, καὶ ψέλια, καὶ τὰ ἄλλα, ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν Περσῶν. cf. I. iii. 27. Adrianus Tyrius* Excerpt. Græc. Sophist. ac Rhet. p. 250. ψελίοις μὲν τὰς χεῖρας, στρεπτοῖς δὲ τοὺς τραχήλους κεκοσμημένοι. Unde Herodotus Persas vocat ἄνδρας στρεπτοφόρους τε καὶ ψελιοφόρους. VIII. 113. Vid. Ælian. V. H. I. 22.†

Hujus autem Phrynichi præ ceteris ἀντιδιδασκάλοις æmulus fuisse videtur Æschylus, circa viginti annis minor; namque hi duo primi auctores tragœdiæ novæ ac lugubris erant, argumento ejus ad fabulas et calamitates converso‡; quod quum diserte affirmaverit Plutarchus, valde dubium videtur, num Pratinas, quocum Æschylus contendisse narratur, ullas tragœdias, proprie sic dictas, docuerit, quidquid dicat Suidas, qui solus, ut opinor, Pratinæ τραγῳδίας memorat. Quin et verisimile est ne ipsum quidem Phrynichum heroica aut lugubria

* Imo Iamblichus in Babyloniacis. Vid. Colomesii Cimel. Lit. p. 15. Chardon de la Rochette *Mélanges* I. p. 31.

† Xenoph. Cyrop. I. iii. 2. Corn. Nep. XIV. 3.

‡ Plutarch. Sympos. I. 1. Bentl. Dissert. Phalar. p. 243.

in fabulis suis tractasse, nisi ab Æschylo edoctum. Namque Æschylum hujusmodi dramata in scenam primum induxisse, et ridiculas tragœdiæ nugas seriis mutasse, luculenter probat Aristophanes Ran. 1004.

Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα
Καὶ κοσμήσας ΤΡΑΓΙΚΟΝ ΛΗΡΟΝ. [σεμνά,

quæ minime intellexit Scholiasta. Et sic Auctor Vitæ ejus, in editione Robortelli; πρῶτος Αἰσχύλος πάθεσι γεννικωτέροις τὴν τραγῳδίαν ἐπηύξησε. Himerius Or. XXXIII. 4. εὑρεῖν μὲν Αἰσχύλον ἔτι νέον ὄντα—ἄρτι τὴν ποίησιν ὑψοῦ χαμόθεν ἐγείροντα, ἵν' ἐκ μετεώρου τοῖς θεάταις διαλέγοιτο, nisi hoc sit de pulpitis intelligendum. Æschylus autem primum, ut videtur, pro corona certavit Ol. LXX. 1.* Ejusdem tetraeteridos anno quarto, ut par est conjicere, Phrynichus Μιλήτου ἅλωσιν docuit, quam calamitatem tanto cum artificio illustravit, ut universus populi consessus in lacrymas effusus sit: poeta vero mille drachmis mulctatus est, vetitumque ne quis in posterum ejusmodi argumenta tractaret†. Quod si verum sit istud, ex deperdito auctore a Suida traditum, videlicet Phrynichum præmium tragœdiæ reportasse Ol. LXVII. 1. per tragœdiam non erit intelligendum grave istud ac

* Suidas, in v. Αἰσχύλος, ex plurimorum criticorum correctione.
† Herodot. VI. 21. Bentl. Dissert. p. 256.

sublime poeseos genus, quod quum primus Æschylus introduxisset, jure eum Athenienses, quasi *πατέρα τῆς τραγῳδίας* suspicere solebant, ut ait Philostratus in Vita Apollonii VI. 6. qui ibidem diserte confirmat Æschylum primum exstitisse qui suam tragœdiæ dignitatem vindicaret. Porro si fides Philostrato, nemo ante Æschylum *μονωδιῶν* prolixitatem resecuit, aut histrionum dialogos invexit, quod, ut solet, breviter exprimit Aristoteles; *τό τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τοῦ χόρου ἠλάττωσε**. Nomina autem histrionum, quibus ad primas et secundas partes agendas usus est, unus, quantum sciam, commemoravit Auctor Vitæ supra citatus; *ἐχρήσατο δὲ καὶ ὑποκρίτῃ, πρῶτον μὲν* Κελάνδρῳ, *ἔπειτα δὲ δεύτερον αὐτῷ προσῆψε* Μιωνίσκον *τὸν* Χαλκιδέα. ubi legendum Κλεάνδρῳ et Μυνίσκον. Athen. VIII. p. 344. D. Μυνίσκος *δέ, ὁ τραγικὸς ὑποκριτής, κωμῳδεῖται ὑπὸ* Πλάτωνος *ἐν* Σύρφακι, *ὡς ὀψοφάγος, οὕτως·* Ὀδὶ *μὲν* Ἀναγυράσιος *ὀρφώς ἐστί σοι,* Ταῦθ' *ὡς φίλος* Μυνίσκος *ἔσοιθ' ὁ* Χαλκιδεύς. B. Καλῶς *λέγεις.* Locus corruptus. Schweighæuserus dedit, Ὃν *οὔθ' ὁ φίλος* Μυνίσκος *ἔσθοι* Χαλκιδεύς. Jacobsius Animadv. p. 191. infelici tentamine corrigit, Ὃν *οὐδ' ὁ σιφλὸς* Μυνίσκος *ἔδεθ'*

* Mirum est Boeckium hæc verba interpretatum esse de Choreutarum numero, quorum verus sensus a Tyrwhitto patefactus est ad Aristot. Poet. §. 10. Vid. Mus. Crit. T. II. p. 208.

ὁ Χαλκιδεύς. ubi non semel contra linguæ rationes peccatur. σιφλός interpretatur *helluo*, sed fallitur; σιφλός est *cæcus*: vid. Ruhnken. Epist. Crit. II. p. 166. Ceterum quum in Platonis fragmento MS. habeat θ' οὔθ' ὡς φίλος Μύννικος ἔσοθ' ὁ Χαλκιδεύς, totum locum sic refingo;

A. Ὁδὶ μὲν Ἀναγυράσιος ὀρφὼς ἐστί σοι.
B. Οὔχ, ὦ φίλ', ἀλλὰ Μυνίσκος ἔσθ' ὁ Χαλκιδεύς.
A. Καλῶς λέγεις.

Nempe orphus piscis erat σαρκοφάγος καὶ καρχαρόδους, ut ait Aristoteles, citatus ab Athenæo VII. p. 315. A. quare quum in mensa apponitur, exclamat quidam, *hic non orphus est, sed ipse Myniscus*, adeo dentibus horret.

Sed ad Phrynichum redeamus. Quum Phœnissæ ejus in Ol. LXXV. 3. præmio essent cohonestatæ, nec, si vera sint quæ supra disputata sunt, quisquam isto tempore tragicus exstiterit, quocum certamen committeretur, præter ipsum Æschylum, sequitur ut poeta noster ista occasione judicium suorum minus æquum expertus sit. Nihil igitur mirum, si, Phrynichi æmulatione, eandem cum illo materiam paucis post annis tractavit. Persas enim docuit Archonte Menone, uti ex argumento discimus, id est, Ol. LXXVI. 4. et coronam meruit. Hinc autem factum est, ut opinor, quod inter Phrynichi tragœdias recensentur

apud Suidam Φοίνισσαι et Πέρσαι, quarum illa Phrynichi, hæc Æschyli fuit, similis argumenti, titulis tantum differentes, si verum sit, quod tradit Glaucus apud argumenti auctorem, Æschyli Persas ex Phrynichi Phœnissis παραπεποιῆσθαι. Sed nihil aliud significat, quam Æschylum, eodem fere modo quo Phrynichus, Xerxis cladem per narratorem ante spectatorum oculos posuisse. Namque insignis est inter duos auctores diversitas ab ipso Glauco commemorata: quod apud Phrynichum in ipso fabulæ initio narratio ab eunucho facta sit, apud Æschylum vero, non nisi post Chori nobilem cantum et colloquium ejus cum Atossa, de filii salute anxia. Sed hoc argumentum plenius tractavit Hermannus in Prolusione p. vii. De choro Phrynichi nihil certi definiri potest: minime tamen absurdum esset conjicere, illum fuisse ex mulieribus Phœnissis constitutum, istorum Phœnicum uxoribus, qui Xerxis jussu post pugnam Salaminiam decollati erant, uti narrat Herodotus VIII. 90. Æschyli vero chorus ex senibus constat, tum annis tum dignitate venerabilibus, qui universæ gentis Persicæ pavorem et luctum exprimant. Par est credere Phrynichum diem ante obiisse quam Æschyli fabula docta sit, nec tamen idcirco credibile est illius scrinia hunc aperte compilasse; nec usque adeo premenda est significatio vocis παραπεποιῆσθαι. Euripides Penthei fabulam eodem

modo quo Æschylus tractavit, et nihil nisi nomen mutavit, ut ait scriptor argumenti ad Bacchas; ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ· τὸ ὄνομα μόνον μεταπεποίηται Εὐριπίδῃ, sed et hoc de μύθῳ tantum intelligendum, minime vero de dictione aut externis tragœdiæ ornamentis. Æschylus autem non adeo inventione pauper erat, ut Phrynichi fabulas recoqueret. Audi ipsum de se loquentem apud Aristophanem in Ran. 1298.

Ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν ἐς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ
Ἤνεγκον αὖθ', ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ
Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων.

Persarum argumentum simplex est, et simpliciter tractatum, in epopœi potius quam tragici poetæ morem, si ab Aristotelis definitione standum est; quum tota fere fabula per narrationem transigatur: nam quod Darii umbra interloquitur, id parum aut nihil actioni prodest. Hinc factum est fortassis ut Hermanno *, viro acutissimo, Persæ nihil aliud viderentur, quam recens natæ artis nobile rudimentum. Quod ex fabulæ simplicitate vereor ut tuto colligi possit. Quippe in hac materie tractanda fabulæ implexæ locus vix est concessus. Septem tantum annos docta est hæc tragœdia post cladem Salaminiam quæ in ea narratur. Necesse est autem quidquid circa istud tempus Persis

* Præfat. ad Aristoph. Nub. p. xxxv.

acciderat, Atheniensibus probe cognitum fuisse. Porro ipsa materies adeo gravis erat ac sublimis, ut ab historiæ veritate vel latum unguem discedere facinus fuisset, præsertim quum nihil excogitari posset, quo magis honorifice laudarentur Athenienses, quam si quis res, ab iis in isto bello gestas, simpliciter et sine fuco narraret. Magnopere vero miror cuiquam* in mentem venisse, Æschylo propositum fuisse ut ostenderet cladem Persarum ortam esse e nimia eorum fiducia ac superbia, a diis merito castigatis. Nihil tale cogitarat poeta, qui nullum alium sibi finem proposuerat, quam ut avidæ Atheniensium φιλοδοξίᾳ gratificaretur, populo ut placeret quam fecisset fabulam, et sic ut ἀντιδιδασκάλους vinceret. Quare nihil aliud, ut mihi quidem videtur, Æschylo agendum restabat, quam ut rem sibi propositam simpliciter, quantum ad actionem pertineret, magnifice quantum ad imagines dictionemque, tractaret. In quo perficiendo ter tantum contra id quod verisimile fuit peccantem eum deprehendi: primo, quod circa prologi initium Chorus testatur nullum ab exercitu nuncium Susa pervenisse; deinde, quod Darii umbra penitus ignorat qualis sit ista clades quæ Persarum gentem afflixit; et tamen paucis post

* Wieland. in Procemio ad suam Persarum versionem editam in Museo Attico, Lips. 1802.

Ergo Persæ, quæ docta est Ol. LXXVI. 4. tribus tantum annis Sophoclis tirocinio antecesserat, quum ipse Æschylus per annos septem et viginti artem suam exercuisset; quare nescio an satis accurate dici possit artis recens natæ rudimentum.

Si quis vero id antiquitatis vestigium esse credat, quod prologus per anapæstos exorditur, meminerit idem postea fecisse Euripidem in prima Iphigenia, modo germanus sit iste prologus, de quo tamen valde dubito. Sed notatu dignum est, in duabus certe antiquissimis quas habemus tragœdiis, Persis et Supplicibus, Chorum Prologi officio fungi; unde constat tragœdiam isto tempore non agnovisse omnes regulas quibus eam postea circumscripsit Aristoteles, e quibus una hæc fuit, *Πρόλογος μέν, μέρος ὅλον τραγῳδίας τὸ πρὸ Χόρου παρόδου*, ubi vide Tyrwhittum. Notari etiam potest in nostri Myrmidosin prologum per anapæstos Chorum egisse. Harpocratio v. *Προπεπωκότες*.

> *Τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,*
> *Δοριλυμάντους Δαναῶν μόχθους,*
> *Οὓς [σὺ προπίνεις] εἴσω κλισίας.*

Sic enim melius suppleri existimo quam per Valesii correctionem, *Οὓς προπέπωκας*. Idem de Prometheo Soluto verum esse, a nemine adhuc observatum est: sed id aperte declarat Procopius de Bell. Goth. IV. p. 579. A. *ἀλλὰ καὶ ὁ τρα-*

γῳδιοποιὸς Αἰσχύλος ἐν τῷ Προμηθεῖ Λυομένῳ, εὐθὺς ἀρχόμενος τῆς τραγῳδίας, τὸν ποταμὸν Φᾶσιν τέρμονα καλεῖ γῆς τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης. Nempe sic loquebatur Chorus e Titanibus constans, cujus verba conservavit Arrian. Peripl. p. 12. οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα καταλέγουσιν ὅσην χώραν ἐπῆλθον· τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης μέγαν τῇ δ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν. Ope excerpti Procopiani locum sic restituo;

Τῆς μὲν διδύμου χθονός, Εὐρώπης
Μεγάλης τ' Ἀσίας τέρμονα, Φᾶσιν.

Ex eodem prologo desumtum est insigne fragmentum apud Strab. I. p. 33.

Ratio autem, cur tetrametri trochaici in Persis frequentiores interserantur, haud absurda reddi posset, imitatio tragœdiæ Phrynicheæ, si verum esset id quod tradit Suidas, Phrynichum tetrametri inventorem fuisse; quo quidem re ipsa nihil falsius esse potest, quum diu ante Phrynichum istiusmodi versibus usi sint Archilochus et Solon, et, quod Aristoteles tradere videtur, omnes ante Æschylum tragici. Sed ad rationes chronologicas redeamus.

Acta est tetralogia Orestea, Agamemnona, Choephoros, et Eumenidas complectens, Ol. LXXX. 1. archonte Philocle; quod ex testimonio constat auctoris Argumenti in Agamemnona. Persis autem non antecessisse Septem contra Thebas

modo quo Æschylus tractavit, et nihil nisi nomen mutavit, ut ait scriptor argumenti ad Bacchas; ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ· τὸ ὄνομα μόνον μεταπεποίηται Εὐριπίδῃ, sed et hoc de μύθῳ tantum intelligendum, minime vero de dictione aut externis tragœdiæ ornamentis. Æschylus autem non adeo inventione pauper erat, ut Phrynichi fabulas recoqueret. Audi ipsum de se loquentem apud Aristophanem in Ran. 1298.

Ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν ἐς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ
Ἤνεγκον αὖθ', ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ
Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων.

Persarum argumentum simplex est, et simpliciter tractatum, in epopœi potius quam tragici poetæ morem, si ab Aristotelis definitione standum est; quum tota fere fabula per narrationem transigatur: nam quod Darii umbra interloquitur, id parum aut nihil actioni prodest. Hinc factum est fortassis ut Hermanno*, viro acutissimo, Persæ nihil aliud viderentur, quam recens natæ artis nobile rudimentum. Quod ex fabulæ simplicitate vereor ut tuto colligi possit. Quippe in hac materie tractanda fabulæ implexæ locus vix est concessus. Septem tantum annos docta est hæc tragœdia post cladem Salaminiam quæ in ea narratur. Necesse est autem quidquid circa istud tempus Persis

* Præfat. ad Aristoph. Nub. p. xxxv.

acciderat, Atheniensibus probe cognitum fuisse. Porro ipsa materies adeo gravis erat ac sublimis, ut ab historiæ veritate vel latum unguem discedere facinus fuisset, præsertim quum nihil excogitari posset, quo magis honorifice laudarentur Athenienses, quam si quis res, ab iis in isto bello gestas, simpliciter et sine fuco narraret. Magnopere vero miror cuiquam* in mentem venisse, Æschylo propositum fuisse ut ostenderet cladem Persarum ortam esse e nimia eorum fiducia ac superbia, a diis merito castigatis. Nihil tale cogitarat poeta, qui nullum alium sibi finem proposuerat, quam ut avidæ Atheniensium φιλοδοξίᾳ gratificaretur, populo ut placeret quam fecisset fabulam, et sic ut ἀντιδιδασκάλους vinceret. Quare nihil aliud, ut mihi quidem videtur, Æschylo agendum restabat, quam ut rem sibi propositam simpliciter, quantum ad actionem pertineret, magnifice quantum ad imagines dictionemque, tractaret. In quo perficiendo ter tantum contra id quod verisimile fuit peccantem eum deprehendi: primo, quod circa prologi initium Chorus testatur nullum ab exercitu nuncium Susa pervenisse; deinde, quod Darii umbra penitus ignorat qualis sit ista clades quæ Persarum gentem afflixit; et tamen paucis post

* Wieland. in Procemio ad suam Persarum versionem editam in Museo Attico, Lips. 1802.

versibus narrat quomodo Xerxis exercitus delubra Deorum disjecerit, ipsiusque Xerxis absentis vestes laceras describit; porro quod Chorus de Dario loquitur, quasi nunquam in expeditionibus bellicis fortuna minus prospera usus esset. Quod vero Persas sacrificiis Græcis utentes induxit poeta, id ex necessitate rei factum; et non est eo nomine culpandus. Est autem fatendum Æschylum in Persarum exodo aliquantum a dignitate tragœdiæ descivisse. Valde enim ridicula est Xerxis persona cum lamentis suis, et laceris pannis, et vacua pharetra: sed longe magis ridiculum Chori obsequium, dum varios doloris exprimendi modos, a Xerxe edoctus, adhibet, v. 1039. et seqq. Verum hoc a poeta consilio factum fuisse arbitror, ut Atheniensibus risum moveret; et nescio an eodem fine totidem finxerit Persarum nomina, quæ aures Atticas ludicra quadam scabritie titillarent. Videmus igitur quædam veteris tragœdiæ, quæ circa res ludicras versabatur, vestigia. Eadem fere culpa, nam certe culpa est, Euripidi objicienda, qui locum plane comicum posuit in Oreste v. 1520. Hac nimirum in parte peccavit uterque; et eodem jure, quo Euripides dictus est, etiam Æschylus *ῥακιοσυῤῥαπτάδης* * dici potuisset.

---

* Aristoph. Ran. 842. Æschylus Euripidem compellat, *ὦ στωμυλιοσυλλεκτάδη, Καὶ πτωχοποιέ, καὶ ῥακιοσυῤῥαπτάδη.* Ubi Schol. *ὁ*

" Est autem notabile," verba sunt Tyrwhitti ad Aristotelis Poetic. p. 135. " in Æschyli Persis, quæ acta est Archonte Menone, Ol. LXXVI. 4. multo frequentiores interseri trochæos, quam in ulla quæ exstat tragœdia. Eandem vero ex antiquissimis earum quas habemus fuisse constat, utpote in qua tertius histrio nusquam apparet." Quantum ad trochæos attinet, si tetrametri innuuntur, de quibus loquitur Aristoteles, memoria virum egregium fefellit: nam in hac fabula non frequentiores quam in priore ex Euripidis Iphigeniis interseruntur. Neque in Supplicibus quidem Æschyli tertius histrio usquam apparet; quippe is, qui Danai partes sustinet, scenam linquit post v. 772. ut personam induat caduceatoris, qui post sexaginta versus intrat. Idem vero mox exit, et post alios triginta versus iterum Danaus prodit: sed nec tetrameter trochaicus in ista fabula reperitur. Æschylus quidem tertium histrionem induxit, sed non nisi post Sophoclem, et ab illo edoctus, judice Tyrwhitto. Sophocles vero, secundum Marmor Oxoniense, tragœdiam primum docuit Ol. LXXVII. 3. Archonte Apsephione, vel Aphepsione, et ista ipsa fabula Æschylum vicit, uti liquet ex Plutarcho in Cimone p. 884.

τὰ ῥάκη συῤῥάπτων καὶ ἐνδύων τοὺς βασιλεῖς. De hoc poetarum vitio vide elegantis ingenii virum, Edvardum Copleston. in Prælectt. Academ. p. 226.

Ergo Persæ, quæ docta est Ol. LXXVI. 4. tribus tantum annis Sophoclis tirocinio antecesserat, quum ipse Æschylus per annos septem et viginti artem suam exercuisset; quare nescio an satis accurate dici possit artis recens natæ rudimentum.

Si quis vero id antiquitatis vestigium esse credat, quod prologus per anapæstos exorditur, meminerit idem postea fecisse Euripidem in prima Iphigenia, modo germanus sit iste prologus, de quo tamen valde dubito. Sed notatu dignum est, in duabus certe antiquissimis quas habemus tragœdiis, Persis et Supplicibus, Chorum Prologi officio fungi; unde constat tragœdiam isto tempore non agnovisse omnes regulas quibus eam postea circumscripsit Aristoteles, e quibus una hæc fuit, *Πρόλογος μέν, μέρος ὅλον τραγῳδίας τὸ πρὸ Χόρου παρόδου*, ubi vide Tyrwhittum. Notari etiam potest in nostri Myrmidosin prologum per anapæstos Chorum egisse. Harpocratio v. *Προπεπωκότες*.

> *Τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,*
> *Δοριλυμάντους Δαναῶν μόχθους,*
> *Οὓς [σὺ προπίνεις] εἴσω κλισίας.*

Sic enim melius suppleri existimo quam per Valesii correctionem, *Οὓς προπέπωκας*. Idem de Prometheo Soluto verum esse, a nemine adhuc observatum est: sed id aperte declarat Procopius de Bell. Goth. IV. p. 579. A. *ἀλλὰ καὶ ὁ τρα-*

γῳδιοποιὸς Αἰσχύλος ἐν τῷ Προμηθεῖ Λυομένῳ, εὐθὺς ἀρχόμενος τῆς τραγῳδίας, τὸν ποταμὸν Φᾶσιν τέρμονα καλεῖ γῆς τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης. Nempe sic loquebatur Chorus e Titanibus constans, cujus verba conservavit Arrian. Peripl. p. 12. οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα καταλέγουσιν ὅσην χώραν ἐπῆλθον· τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης μέγαν τῇ δ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν. Ope excerpti Procopiani locum sic restituo;

Τῆς μὲν διδύμου χθονός, Εὐρώπης
Μεγάλης τ' Ἀσίας τέρμονα, Φᾶσιν.

Ex eodem prologo desumtum est insigne fragmentum apud Strab. I. p. 33.

Ratio autem, cur tetrametri trochaici in Persis frequentiores interserantur, haud absurda reddi posset, imitatio tragœdiæ Phrynicheæ, si verum esset id quod tradit Suidas, Phrynichum tetrametri inventorem fuisse; quo quidem re ipsa nihil falsius esse potest, quum diu ante Phrynichum istiusmodi versibus usi sint Archilochus et Solon, et, quod Aristoteles tradere videtur, omnes ante Æschylum tragici. Sed ad rationes chronologicas redeamus.

Acta est tetralogia Orestea, Agamemnona, Choephoros, et Eumenidas complectens, Ol. LXXX. 1. archonte Philocle; quod ex testimonio constat auctoris Argumenti in Agamemnona. Persis autem non antecessisse Septem contra Thebas

docet, ex didascaliis, interpres ad Aristoph. Ran. 1026. Quare Æschyleæ, quæ supersunt, fabulæ secundum ordinem chronologicum didascaliarum sic erunt digerendæ. Supplices, Persæ, Prometheus, Septem contra Thebas, Agamemnon, Choephori, Eumenides. In tertio loco posui Promethea Vinctum, cujus Prologum tres minimum histriones agebant, quia ejusdem cum Persis tetralogiæ pars erat Prometheus Πυρκαεύς*, drama satyricum, quæ veluti prælusio fuisse videatur ad graves istas ac sublimes tragœdias, quæ a Prometheo nomen habuerunt. Ante Agamemnona certe ponendus est Prometheus, quia Æschylus, statim post Agamemnona actum, solum vertisse dicitur. Sed in hac quæstione nonnihil subest difficultatis: diversa enim a diversis scriptoribus de Æschyli exilio relata sunt. Antequam ad alia accedam, videamus Suidæ verba, qui narrat eum idcirco in Siciliam demigrasse, quod, dum fabulam exhiberet, ruerent subsellia; διὰ τὸ πεσεῖν τὰ ἰκρία ἐπιδεικνυμένου αὐτοῦ, quæ Stanleius, Scaligero obsecutus, sic interpretatur. "*Subsellia frangere* dicebatur qui non stetit, sed excidit; hoc est non placuit." In quem errorem tantos homines incidisse miror. Equidem nihil apud scriptores Græcos inveni, quod huic interpretationi faveat. Quinimo falsam

* Argum. ad Persas.

esse planissime demonstrabunt ejusdem Suidæ eadem fere verba in v. Πρατίνας, unde colligi forte potest hanc calamitatem isto tempore accidisse quo Æschylus cum Pratina certaret. Πρατίνας—ποιητὴς τραγῳδίας. ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ τε καὶ Χοιριλῳ ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ πρῶτος ἔγραψε Σατύρους. ἐπιδεικνυμένου δὲ τούτου, συνέβη τὰ ἰκρία, ἐφ' οἷς ἐστήκεσαν οἱ θεαταί, πεσεῖν. καὶ ἐκ τούτου θέατρον ᾠκοδομήθη Ἀθηναίοις. Libanius Sophista in Argum. ad Demosth. Olynth. I. Οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμένων ἰκρίων, καὶ πάντων καταλαμβάνειν τὸν τόπον σπευδόντων, πληγαί τε ἐγίνοντο, καί που καὶ τραύματα. Photius. Ἰκρία. τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀφ' ὧν ἐθεῶντο τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας, πρὶν ἢ κατασκευασθῆναι τὸ ἐν τῷ Διονύσου θέατρον. Hoc nomen ferebant etiam subsellia solidioris theatri; Aristoph. Thesm. 390. de Euripide, Ποῦ δ' οὐχὶ διαβέβληχ', ὅπου περ ἔμβραχυ Εἰσὶν θεαταὶ καὶ τραγῳδικοὶ χοροὶ—Ὡς εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων Ὑποβλέπουσ' ἡμᾶς. ubi minus recte editur καὶ τραγῳδοὶ καὶ χοροί. Veram lectionem conservavit Platonis Scholiasta p. 88. Cf. Hesych. v. Ἰκρίον, et auctores ibi allegatos. Quod si subsellia ruerint quum Æschylus et Pratinas concertarent, id certe non effecit ut in exilium abiret; quare alia caussa quærenda est.

Tradit autem Plutarchus in Cimone, l. c. Æ-

schylum, quum in isto certamine, de quo supra dictum est, a Sophocle victus esset, non multum post præ dolore in exilium abiisse: quod non video quo pacto verum esse possit, quum Apsephionis annus esset Olymp. LXXVII. 3. tetralogia vero Orestea acta sit Olymp. LXXX. 2.

Denique Auctor Vitæ ejus anonymus ait nonnullos tradere Æschylum, quum a Simonide in certamine quodam elegiaco superatus esset, solum vertisse: quod manifesto falsum est, siquidem Simonides diem obiit Ol. LXXVII. 4.* Et nusquam alibi de certamine elegiaco quidquam relatum vidi. Vicerat quidem Simonides, ut de se ipse testatus est, archonte Adimanto Ol. LXXV. 3. quum chorum quinquaginta virorum docuisset. Sed hunc chorum fuisse dithyrambicum, non tragicum, constat ex epigrammate apud Bentleium Diss. de Phalar. p. 302. ut mirer Schneiderum, virum eruditum, narrantem in præfatione ad Xenophontis Hieronem, Simonidem victoriam *tragicam* consecutum esse. Quin isto ipso anno, archonte Adimanto, Phrynichus Phœnissas docuit, quod a Plutarcho discimus, et, uti par est conjicere, Æschylum vicit; unde error fortassis eorum, quos Vitæ scriptor memorat, ortum habuit. Quod autem tradit Suidas, Simonidem tragœdias docuisse, id nulla fide dignum, et,

* Bentl. Diss. de Phalar. p. 41.

ut opinor, ab indocto quodam homine profectum est, qui Simonidem tragicum fuisse credidit, quia se *χόρον διδάξασθαι* affirmat; quæ formula non minus de dithyrambopœis usurpabatur quam de poetis tragicis*. Chamæleo ap. Athen. IX. p. 374. A. *Ἀναξανδρίδης διδάσκων ποτε διθύραμβον Ἀθήνησιν εἰσῆλθεν ἐφ' ἵππου καὶ ἀπήγγειλέν τι τῶν ἐκ τοῦ ᾄσματος.* Confer ipsum Simonidem LXXVI. 2. 6. Quare neque ob hanc caussam Æschylus in Siciliam fugit. Superest quarta, nec tamen illa satis idonea, quam suppeditat idem Vitæ auctor. Innuit enim nonnullos credidisse poetam patria se orbasse, quia quum in Eumenisin agendis Furias sparsim in scenam induxisset, infantes aliqui præ metu exanimati sunt, et gravidæ mulieres abortum fecerunt. Tradit etiam Pollux istam repræsentationem Atheniensibus ansam præbuisse legem sanciendi, quæ Chorum tragicum ad minorem numerum redigeret, quum antea ex quinquaginta constitisset. Quod si verum sit, quid dicendum erit de Scholiasta Aristophanis ad Equit. 584. qui ait tragicum chorum ex quindecim personis constare, additque, *ὡς Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι*, quæ fabula eodem die quo Eumenides acta est? Quidquid de hac re statuatur, certum esse videtur, Æschylum

* Herodot. I. 23. *καὶ διθύραμβον, πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντα τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ.*

isto anno, Ol. LXXX. 2. solum vertisse, et diem tertio fugæ anno obiisse; consentientibus in hanc rem Chronographo Marmoris Oxoniensis, Scholiasta ad Comici Acharn. 10. et Vitæ Auctore Anonymo*.

Sed quoniam Chori mentio injecta est, lectorem aliquantulum morabor, dum meam de hac quæstione sententiam paucis declarem. Totum illud commentum de terrore spectatoribus injecto, et de lege ista occasione lata, rejiciendum puto: neque enim quinquaginta Furiæ plus terroris incussissent quam quindecim; quum spectaculi horror non tam e numero Chori quam ex apparatu penderet †. Hunc autem terrificum fuisse liquet, tam ex ipsius Poetæ descriptione, quam ex Pausaniæ loco I. p. 20. ed. Ald. *πρῶτος δέ σφισιν (ταῖς Εὐμενίσιν) Αἰσχύλος*

---

* De hac quæstione plura dedi ad Argumentum Agamemnonis.

† Quum hæc scriberem, nondum videram Boeckhii de Tragicis Græcis librum, Heidelbergæ editum a. 1808. Citat ille Böttigeri scriptum quoddam Teutonicum, ubi vir ille antiquitatis peritus, historiam de terrore ab Eumenidum choro incusso futilem esse contendit, quia Athenis mulieres ludis scenicis adsistere non solebant. Quod quidem non satis accurate dici observavit Boeckius, siquidem Plato (Gorg. p. 502. D.) poesim dramaticam vocat *ῥητορικήν τινα πρὸς δῆμον τοιοῦτον οἷον παιδῶν τε ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν καὶ δούλων καὶ ἐλευθέρων*. Alibi etiam inter spectatores tragœdiæ recensentur *αἱ πεπαιδευμέναι τῶν γυναικῶν*. Docet nos Aristophanis interpres ad Eccles. 22. mulieres impudicas certas quasdam sedes lege definitas habuisse, decretum suadente Sphyromacho, *δεῖ τὰς ἑταίρας ἐγκαθιζομένας λαθεῖν*. Mihi vero nondum liquet *matronas* Atticas, florente adhuc republica, hujusmodi spectaculis interfuisse.

δράκοντας ἐποίησεν ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θριξίν. Valde autem dubito an in *modicis*, quibus Æschylus instraverat pulpita *tignis*, locus esset quinquaginta Furiis. Quinetiam tantum abest ut quinquaginta simul in scenam prodiisse putem, ut certum mihi videatur, ne quindecim quidem, sed tres tantum, in orchestra constitisse. Neque enim credibile est Æschylum in patriæ superstitiosæ mythologia tam audacter innovasse, ut numerum dearum, quas Athenienses summa cum religione colerent, ex tribus ad quinquaginta augeret: vere enim observavit Salmasius in Epistola de Herode Infanticida p. 36. deorum personas non fingi a poetis, sed accipi. Eodem pertinet Aristotelis observatio de tragicis; τῶν γενομένων ὀνομάτων ἀντέχονται· τοὺς γὰρ παρειλημμένους μύθους λύειν οὐκ ἔστι. Ternas autem fuisse Eumenidas, vel pueris notissimum est; ternas tantum poetas agnovisse, loca, quæ sequuntur, evincunt. Eurip. Orest. 1664.

> ἐνθένδε τ' ἐλθὼν τὴν Ἀθηναίων πόλιν,
> δίκην ὑπόσχες αἵματος μητροκτόνου
> Εὐμενίσι τρισσαῖς.

Harpocratio; Αἰσχύλος Εὐμενίσιν, εἰπὼν τὰ περὶ τὴν κρίσιν τὴν Ὀρέστου κ. τ. λ. . . . εἰσὶ δὲ τρεῖς, Ἀληκτώ, Μεγάρα, Τισιφόνη. Quin et ipse Æschylus tres tantum Furias in scenam prodiisse clarissime indicat. Una de illis, a Clytæmnestræ umbra

expergefacta, exclamat, sororem excitans, Ἔγειρ', ἔγειρε καὶ σὺ τήνδ', ἐγὼ δὲ σέ. Quid hoc apertius? Ad v. 49. Pythia Chorum comparat cum Gorgonibus et Harpyiis; tres autem Gorgones erant, tres Harpyiæ. Unus tantum locus est, qui huic opinioni adversari videatur. Dicit quidem chorus v. 582. Πολλαὶ μέν ἐσμεν, λέξομεν δὲ συντόμως. Sed πολλαὶ non minus recte de tribus quam de majore numero dicitur.

Similes caussæ faciunt ut putem in Cabiris et Phorcisin eundem fuisse Chori numerum, nempe ternarium; quem etiam in Heliasin forte ex tribus, certe non pluribus quam septem constitisse opinor. Danai quidem filiæ, quæ in Supplicibus Chori partes sustinent, quinquaginta erant (v. 316.) sed parum verisimile est istum numerum simul in pulpitis stetisse. Quænam igitur mea sit sententia de Chori constitutione, ex præmissis colligi potest, nempe in Æschyli ævo certam legem, quæ numerum ejus definiret, nullam exstitisse; quod etiam ex natura rerum credibile fit, si recentis tragœdiæ conditionem spectamus, quam primus ipse Æschylus ex humo sustulerat, modicoque instruxerat apparatu. Istis temporibus erat præcipuus choragorum sumtus circa choros dithyrambicos, vel cyclicos, quos ex quinquaginta viris constitisse ostendit Simonidis epigramma supra citatum, quod de certamine dithyrambico scriptum fuisse, quum ex aliis

rationibus, tum etiam ex hac patet, quod in eo tripus memoratur; de quo quidem tripode quum pauca sint quæ veteres tradiderunt, primos Epigrammatis versus adscribam:

Ἦρχεν Ἀδείμαντος μὲν Ἀθηναίοις, ὅτ' ἐνίκα
Ἀντιοχὶς φυλὴ δαιδαλέον τρίποδα·
Ξεινοφίλου δέ τις υἱὸς Ἀριστείδης ἐχορήγει
Πεντήκοντ' ἀνδρῶν καλὰ μαθόντι χορῷ.

Sed in primo versu vide an legendum sit ὅτ' ἔθηκεν. Non enim præmium fuit tripus, sed taurus *; et victor choragus tripoda, suo et poetæ nominibus inscriptum, Baccho consecrare solebat †. Simonides Epigr. LXXVI. de dithyrambopœis,

Οἱ τόνδε τρίποδά σφισι μάρτυρα Βακχίων ἀέθλων
Θήκαντο.

---

* Photius; Ταυροφάγον, τὸν Διόνυσον, Σοφοκλῆς ἐν Τυροῖ, ἀντὶ τοῦ ὅτι τὸν διθύραμβον νικήσασι βοῦς ἐδίδοτο.

† Recte tamen dici potuit νικᾷν τρίποδα, quum ipse tripus quodammodo victoris præmium fuerit, quem tamen ille Baccho solenniter consecrabat. Sic in certamine Triopii Apollinis ἐτίθεσαν τὸ πάλαι τρίποδας χαλκέους τοῖσι νικῶσι· καὶ τούτους χρῆν τοὺς λαμβάνοντας ἐκ τοῦ ἱροῦ μὴ ἐκφέρειν, ἀλλ' αὐτοῦ ἀνατιθέναι τῷ θεῷ. Herodot. I. 144. Res autem, ut opinor, ita se habebat: *taurus* erat poetæ præmium, *tripus* vero choragi. Athen. V. p. 198. C. ex Callixeno, μεθ' οὓς ἐπορεύετο Φίλισκος ὁ ποιητής, ἱερεὺς ὢν Διονύσου, καὶ πάντες οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. τούτων δ' ἐφεξῆς ἐφέροντο Δελφικοὶ τρίποδες, ἆθλα τοῖς τῶν ἀθλητῶν χορηγοῖς. ὁ μὲν παιδίσκων, ἐννέα πηχῶν τὸ ὕψος, ὁ δὲ πηχῶν δώδεκα, τῶν ἀνδρῶν. Legendum puto τῶν αὐλητῶν χορηγοῖς. Cf. Taylor. Marm. Sandvic. p. 67.

Et sic intelligendum Epigr. LVII.

Ἐξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμωνίδη, ἦραο ταύρους
Καὶ τρίποδας, πρὶν τόνδ' ἀνθέμεναι πίνακα.

Plutarch. in Andocid. p. 83.5. B. καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῃ διθυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ *. Tradit Scholiasta Platonis p. 154. qui Proclum excerpsit, τῶν δὲ ποιητῶν (τῶν διθυράμβων) τῷ μὲν πρώτῳ βοῦς ἔπαθλον ἦν, τῷ δὲ δευτέρῳ ἀμφορεύς, τῷ δὲ τρίτῳ τράγος, ὃν τρυγὶ κεχρισμένον ἀπῆγον. Athenæus I. p. 37. F. καὶ τὸ νικητήριον ἐν Διονύσου, τρίπους, quod non *victoris præmium* verterim, sed *tripus, quo victor commemoratur*, quem tripoda sua pecunia comparare solebat choragus. Lysias in Ἀπολ. Δωροδοκ. a Bentleio citatus, Dissert. p. 360. ait se victorem choro virili fuisse, et in eum, *una cum tripodis consecratione*, insumsisse minas quinquaginta; unde liquet *chorum virilem* eundem fuisse ac chorum dithyrambicum; quod etiam ex duobus Simonidis locis patet, Epigr. LVII. 3. LVIII. 4.

Sed quum hæc mea sit sententia de numero chori in ævo Æschyleo, legem tamen postea latam fuisse,

---

* Theocrit. Ep. XII. Δαμοτέλης ὁ χορηγός, ὁ τὸν τρίποδ', ὦ Διόννυσε, Καὶ σέ, τὸν ἥδιστον θεῶν μακάρων ἀναθείς, Μέτριος ἦν ἐν παισί· χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκην Ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προσῆκον ὁρῶν. ubi scribendum ἥδιστον τῶν μακάρων.

quæ magnitudinem chori tragici definiret, minime inficias iverim. Ceterum ex istis quæ præiverunt satis, ut opinor, constat, quam falsa sit eorum opinio, qui statuunt Æschylum hanc Persarum fabulam non Athenis, sed Sicilia docuisse; quam quidem sententiam, a viro quodam docto Jenensi adoptatam, jure impugnavit Wielandius in proœmio ad suam Persarum versionem, editam in Museo Attico, Lipsiæ 1802.* Hic error ortus est ex loco male intellecto Scholiastæ Aristophanis ad Ran. 1027. ubi Bacchus ita loquitur de Persis Æschyli;

Ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἐπηγγέλθη περὶ Δαρείου τεθνεῶτος.

Ὁ Χορὸς δ' εὐθὺς τὼ χεῖρ' ὠδὶ ξυγκρούσας εἶπεν ἰαυοῖ.

Ubi interpres Græcus; *ἐν τοῖς φερομένοις Αἰσχύλου Πέρσαις, οὔτε Δαρείου θάνατος ἀπαγγέλλεται, οὐδὲ ὁ Χορὸς τὰς χεῖρας συγκρούσας λέγει ἰαυοῖ, ὅ ἐστιν ἐπιφώνημα πρὸς τὸν Διόνυσον λεγόμενον χαρᾶς ἐπελθούσης—Ἡρόδικος δέ φησι διττοῦ γεγονέναι τοῦ θανάτου· καὶ τὴν τραγῳδίαν ταύτην περιέχειν τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. δοκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις, σπουδάσαντος Ἱέρωνος, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ' περὶ κωμῳδιῶν.* Herodici verba

* Quod didici ex Actis Semin. Lips. I. p. 395. nam ipsum librum non vidi.

manifesto vitiata sunt. Legendum censeo, Ἡρόδικος δέ φησι διττὰ γεγονέναι τὰ δράματα, καὶ τὴν τραγῳδίαν TAYTHN (sc. ad quam respexit Aristophanes) περιέχειν τὴν ἐν ταῖς Πλαταιαῖς μάχην. δοκοῦσι δὲ OYTOI (sc. οἱ δεύτεροι) οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ κ. τ. λ. Quod confirmant quæ proxime sequuntur; ἄλλως. Δίδυμος, ὅτι οὐ περιέχουσι θάνατον Δαρείου οἱ Πέρσαι τὸ δρᾶμα. διὸ τινὲς ΔΙΤΤΑΣ ΘΕΣΕΙΣ *, τουτέστι διδασκαλίας, τῶν Περσῶν φασί, καὶ τὴν μίαν αὐτῶν μὴ φέρεσθαι. Et hoc quidem verum. Æschylus Persas primo Athenis docuit; postea vero, Hierone suadente, Syracusis. Auctor Vitæ ejus satis vetustus, in editione Robortelliana, qui Dicæarchi Didascalias excerpserat, φασὶν δὲ ὑπὸ Ἱέρωνος ἀναδιδάξαι ἀξιωθέντα τοὺς Πέρσας ἐν Σικελίᾳ. In quo loco animum tirones advertant ad vocem ἀναδιδάξαι, *de novo docere*, quem sensum in Lexicis vulgaribus frustra quæraut. Philostrat. Vit. Apollon. VI. 6. τὰ γὰρ τοῦ Αἰσχύλου ἀνεδιδάσκετο, καὶ ἐνίκα ἐκ καινῆς. Auctor Argumenti ad Nubes Aristophanis, αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει, ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ—διόπερ Ἀριστοφάνης ἀποῤῥιφεὶς παραλόγως, ᾠήθη δεῖν, ἀναδιδάξας τὰς δευτέρας, καταμέμφεσθαι τοῦ θεάτρου. ubi obiter moneo

* καθέσεις Casaubon. in Athen. p. 235. D.

corrigendum, Ἀμειψίας δεύτερος, Κόννῳ. Argum. ad Ran. τὸ δὲ δρᾶμα—ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, τοῦ μετὰ Ἀντιγένη, ἐπὶ Ληναίῳ. Φιλωνίδης ἐπεγράφη* καὶ ἐνίκα. Φρύνιχος δεύτερος, Μούσαις. Πλάτων τρίτος, Κλεοφῶντι· οὕτω δὲ ἐθαυμάσθη, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη, ὥς φησι Δικαίαρχος, unde colligi potest hac voce ἀναδιδάσκειν usum fuisse Dicæarchum in didascaliis, quas excerpsit Vitæ Auctor. Argum. ad Pacem, φέρεται ἐν ταῖς Διδασκαλίαις, ὅτι ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδηλον οὖν φησὶν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται. Κράτης μέν τοι δύο εἶπε δράματα, quod obiter confirmat correctionem nostram, διττὰ δράματα. Ex his autem exemplis manifestum fit, ἀναδιδάσκειν diversum esse a διασκευάζειν, quod est fabulam refingere, et quasi novam editionem dare.

Jam vero, quum Dicæarchus, cui de hac quæstione fides præ ceteris est habenda, id tantum dicat, Æschylum Persas suos apud Hieronem repetiisse, minime vero innuat novam hujus fabulæ διασκευήν factam fuisse; conjicere vix licet voces, quæ apud Grammaticos quasi e Persis citantur, nec

---

* ἐπεγράφη, Philonidæ nomen fabulæ inscriptum fuit: sub nomine Philonidæ doctum. Argum. ad Vesp. Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου, διὰ Φιλωνίδου—καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης. Argum. ad Av. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου ἄρχοντος, εἰς ἄστυ, διὰ Καλλιστράτου, ὃς ἦν δεύτερος· πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς· τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ.

Perrhæbis infra p. 499. A. de iisdem, ut videtur, poculis loquitur,

> Ποῦ μοι τὰ πολλὰ δῶρα κἀκροθίνια;
> ποῦ χρυσότευκτα κἀργυρᾶ σκυφώματα;

ἅρματος τὸ ἐκτεταμένον ξύλον παρὰ τοῖς ἵπποις ἕως τοῦ ζυγοῦ μέσον ἀπὸ τοῦ ἄξονος, ὅ τινες στήμονα καὶ σταθμίον καλοῦσιν. Hesych. *temo.* Hoc vero a ῥύω, *traho*, unde ῥυτήρ, *lorum quo equi trahebant.* Ex Æschylo citantur voces ἐν διῤῥυμίᾳ πῶλοι ap. Eustath. p. 706, 50. quas ex Glauco Potniensi desumtas credit Hermannus. ἅρμα τετράρυμον Xenoph. Cyr. VI. i. 51. ὀκτάρυμον ibid. 52.

49. Στεῦμαι. *Statuo.* Vox Homerica. Iliad. Γ. 83. Στεῦται γάρ τι Fέπος Fειπεῖν κορυθαίολος Ἕκτωρ, ubi Schol. Venet. κατὰ διάνοιαν ὁρίζεται. Sed vide nott.

Ibid. Πελάτης. *Vicinus.* ἔνοικοι γείτονες Schol. soloecismo invito. Sophocles Philoct. 677. Ixiona vocat τὸν πελάταν λέκτρων Διός. In ejusdem fabulæ v. 1163. πελάταν recte vertit Wakefieldius *tibi accedentem.* Apollon. Rhod. IV. 342. Βουπελάται τε βοῶν. ubi Schol. παρὰ τὸ πέλας τῶν βοῶν εἶναι. Dubitari tamen possit, an in hoc loco potius vertendum sit, *milites stipendiarii.* Timæus Lex. p. 211. Πελάτης. ὁ ἀντὶ τροφῶν ὑπηρετῶν καὶ προσπελάζων. ubi vid. Ruhnken. Pollux III. 82. Πελάται δὲ καὶ Θῆτες ἐλευθέρων ἐστὶν ὀνόματα, διὰ πενίαν ἐπ' ἀργυρίῳ δουλευόντων.

51. Ἄκμων. *Incus.* λόγχης ἄκμονες, *qui hastæ ictus inconcussi ferunt.* ἀκίνητοι ὑπὸ λόγχης, ὡς ἄκμων ὑπὸ σφυρῶν. Schol. Aristophon. ap. Athen. VI. p. 238. C. ἐὰν δὲ (δέῃ) ὑπομένειν πληγάς, ἄκμων. Stanleius comparat Callim. H. Dian. 143. ubi Hercules audit Τιρύνθιος ἄκμων. Hesych. Ἄκμων. ἀπαθής. Eadem comparatione utitur Ignatius Epist. ad Polycarp. p. 12. στῆθι ἑδραῖος, ὡς ἄκμων τυπτόμενος. Metaphoram expandit Apollonius III. 1252. Κόψε κατ' οὐρίαχον μεγάλῳ ξίφει· ἅλτο δ' ἀκωκή, Ῥαιστὴρ ἄκμονος ὥστε, παλιντυπές.

53. Πάμμικτος. *Ex omnibus commixtus.* Infra 273. μάταν τὰ πολλὰ βέλεα παμμιγῆ Γᾶς ἀπ' Ἀσίδος ἦλθε. Herodot. VII. 55. hunc exercitum dixit σύμμικτον ὄχλον παντοίων ἐθνέων.

55. * Τοξουλκὸν λῆμα. *Vis animi artis sagittariæ periti.* Infra 244. τοξουλκὸς αἰχμή. De λῆμα vid. Glossar. in Theb. 444.

Dicuntur autem τοξουλκῷ λήματι πιστοί ut infra 112. πίσυνοι λεπτοδόμοις πείσμασιν. Propius Simonides Analect. I. p. 34. Εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενος. Virgil. Georg. III. 31. *Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.* Horatius, *Fidens juventus horrida brachiis.* Præiverat Homerus Iliad. Δ. 303. ἱπποσύνῃ τε καὶ ἠνορέῃφι πεποιθώς. Eurip. Hel. 153. ἄπεστι δέ, Κυσὶν πεποιθώς, ἐν φοναῖς θηροκτόνοις. Apollon. Rhod. I. 110. Ἀγρόται, οἵτε κύνεσσι πεποιθότες.

62. Μαλερός. *Ardens.* καυστικός, μαραντικός, Schol. et Hesych. Apollon. Rhod. I. 734. μαλεροῖο πυρός. ubi Schol. μαλεροῖο. οἱ νεώτεροι, τοῦ λαμπροῦ· οἱ δὲ [παλαιοὶ] τοῦ μαραντικοῦ. Sophocl. Œd. T. 190. Ἄρεα τὸν μαλερόν, ubi Schol. τὸν καταμαραίνοντα. Aristotel. in Analect. Brunck. I. p. 177. πόνους μαλερούς. Homerus et Apollonius hanc vocem non nisi de igne usurpant. Noster Choeph. 323. πυρὸς μαλερὰ γνάθος. Epigr. ap. Suid. in voce, μαλερὸν θάλπος. Fuit autem, ni fallor, vox antiqua μάλος vel μάλη, *ignis*, vel *aqua fervens*, vel simile quid; unde μαλερός, et μαλάσσω, *coquendo mollio.* Sic a φόβος, φοβερός, a βλαβή, βλαβερός, a κρύος, κρυερός, et similia.

63. Ἡμερόλεγδον. *Per singulos dies numeratim.* Uxores, de maritorum salute solicitæ, singulos dies computant. Photius, Ἡμερόλεγδον. τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐξαριθμεῖν. Herodot. I. 47. ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ὁρμηθέωσι ἐκ Σαρδίων, ἀπὸ ταύτης ἡμερολογέοντες τὸν λοιπὸν χρόνον, ἑκατοστῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι. Stanleius citat Aristot. N. A. VI. ἔνιοι διϊσχυρίζονται δέκα μῆνας κύειν ἡμέρολεγδον. Sic Ovid. Heroid. II. 7. *Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes.*

65. Περσέπτολις. *Urbes vastaturus.* idem fere quod Homericum πτολίπορθος. Aristoph. Nub. 966. Vox Æschylea ab Eupolide πεπαρῴδηται. Vide nott.

67. Ἀντίπορος. *Qui e regione trans fretum jacet.* Abreschius citat Suppl. 540. ἀντίπορον γαῖαν. Eurip. Med. 211. et Ion. 1585. ἀντίπορθμος. Homero ἀντιπέραιος, Iliad. B. 635. et Apollon. Rhod. II. 351.

68. *Λινόδεσμος. *Lino.* (i. e. *funibus*) *colligatus.* Eurip. Iph. T. 1043. χαλίνοις λινοδέτοις. Homerus dixit σχεδίην πολύδεσμον. De hujus pontis constructione et de funibus stupeis vid. Herodot. VII. 36. Ceterum Æschylus, cui in Suppl. 133. navis dicitur λινορράφὴς δόμος, funes carbaseos ac stupeos commemorat in Prometheo Ignifero ap. Polluc. X. 17. Λινάδες καὶ πίσσα κωμολίνου μακροὶ τόνοι. Bentleius in Epist. ad Hemsterhus. p. 96. Λινᾶ δὲ γεῖσσα, (debuerat γεῖσα). Corrigo, Λινᾶ δὲ πεῖσα, κώμολίνου μακροὶ τόνοι. Odyss. Υ. 23. Τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε. ubi Schol.—ἐν δεσμοῖς ἔμενεν. Recte: πεῖσα est *funis nauticus*, idem ac πεῖσμα. Hesych. Πείσῃ. πείσματι καὶ χώρῃ. Τῷ δὲ κ. τ. λ. Proverbium ἐν πείσῃ καρδίαν τηρεῖν explicat P. Leopardus Em. I. 18. *retinere cor in ancorali fune.* Vid. Gataker. ad M. Anton. III. 6. p. 103.

69. Σχεδία. *Ratis.* Philoxeni Gloss. Proprie, *ratis tumultuaria*, et exinde, *pons ex ratibus opere tumultuario factus*, ut vocem bene explicat Æ. Portus in Lex. Ionico. Cf. Herodot. IV. 88. VIII. 107. 108. ubi pontes modo σχεδίας, modo γεφύρας vocat. Hesych. Σχεδία. μικρὰ ναῦς. ἢ ξύλα, ἃ συνδέουσι, καὶ οὕτω πλέουσιν. —Σχεδίη. ἡ εἰκαίως πεποιημένη ναῦς; διάβασις, γέφυρα, ζεῦγμα. Vid. Eustath. p. 1533, 2. 1521, 22. Eurip. Hecub. 113. Theocrit. XVI. 40.

71. *Πολύγομφος. *Multis clavis compactus.* Singulæ naves clavis compactæ, funibus inter se connexæ fuerunt. Navis dicitur γομφόδετον δόρυ Suppl. 853.

Ibid. *Ὄδισμα. *Via.* Vocem nusquam alibi offendi.

74. Θούριος. *Acer.* Infra 760. Vid. Glossar. in Theb. 42.

75. *Πεζόνομος. *Cui terra contigit*, ut πεδιόνομος, *cui campi sorte dantur.* Theb. 258. Composita a νέμω adamavit Æschylus.

76. *Ποιμανόριον. *Grex hominum.* Eustath. ad Iliad. B. p. 212, 42. τὸ δέ, ποιμὴν λαῶν, ταὐτὸν ὂν τῷ ποιμάνωρ (infra 246.) συνθέτως Αἰσχύλος εἴρηκε, καὶ τὸ τοιοῦτον ποίμνιον, ποιμανόριον.

Hesych. Ποιμάνωρ. ποιμὴν, ἢ βασιλεύς. Glossæ Vett. Ποιμαίνω ἐπὶ ἀνθρώπων, *Rego.*

77. Διχόθεν. *Ex diversis partibus,* sc. *mari ac terra.* ἐκ δύο μερῶν. Hesych.

80. Ἐφέτης. *Dux.* Hesychius (ex Lexico, ut opinor, tragico). Ἐφέτας. τοὺς ἡγέμονας τῶν Περσῶν, καταχρηστικῶς. κυρίως δὲ οἱ τὰς φονικὰς δίκας Ἀθήνησι δικάζοντες. De his vide insignem locum ex Pausaniæ Lexico depromtum apud Suid. in v. Ἐπὶ Παλλαδίῳ, ubi citatur Κλειτόδημος, rerum Atticarum scriptor, qui reponendus est in Plutarchi Theseo p. 23. pro Κλείδημος, quod nomen Valckenaerio fraudi fuit ad Hippol. p. 162. 1. B. Simili menda purgandum Etymol. M. p. 775, 2. item Suidas vv. Ἄπεδα, Ἠπέδιζον, Πυκνή, Ὑης. Athenæus VI. 235. A. XIV. 660. D. qui corrigendus ex Hesychio v. Βοῦς ἕβδομος. Fatendum quidem est Æschylum haud raro vocabula civilia in rem militarem detorsisse, dicitur enim equitum præfectus, ἵππων βραβεύς; at in hoc loco nihil omnino de ἐφέταις φονοδίκοις cogitabat, sed per ἐφέτης exprimere volebat *eum qui mandat,* ab ἐφίημι; unde ἐφετμή. ἐντολή. Hesych. quæ vox occurrit Choeph. 298. Eumen. 241.

Ibid. * Χρυσογόνος. *Auro satus.* Schol. τὸ δὲ χρυσονόμου, ἀντὶ τοῦ πλουσίας εἶπε. τίνες δὲ χρυσογόνου λέγουσι, διὰ τὸν Περσέα ἀπὸ χρυσοῦ γεγενῆσθαι· ὃ καὶ βέλτιον. Vid. antiquissimam de Perse narrationem ap. Schol. Apollon. Rhod. IV. 1091. Herodot. VII. 150. Ἄνδρες Ἀργεῖοι, βασιλεὺς Ξέρξης τάδε ὑμῖν λέγει. Ἡμεῖς νομίζομεν Πέρσην εἶναι, ἀπ' οὗ ἡμεῖς γεγόναμεν, παῖδα Περσέος τοῦ Δανάης, γεγονότα ἐκ τῆς Κηφέος θυγατέρος Ἀνδρομέδης. Cf. Apollodor. II. 4. 1. Fateor tamen mihi admodum incertum videri, utra sit vera lectio. χρυσονόμος Æschyleum sonat; alibi habemus ἀνθονόμος et τοιονόμος.

81. Ἰσόθεος. *Par Deo,* quod Sappho dixit ἴσος θεοῖσιν, Homerus autem θεοείκελος. Infra 150. de Atossa, θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς φάος. Cf. 157. "Aptissimum tyranno vel tyrannidi epitheton ἰσοδαίμων. Æschyl. Pers. 636. Ἦ ῥ' ἀΐει μου μακαρίτας ἰσοδαίμων

βασιλεύς; (*hoc tamen exemplum minus commodum est, quia de Dario mortuo dicitur.*) Plato Rep. VIII. non longe a fine de Euripide ait, καὶ ὡς ἰσόθεόν γε τὴν τυραννίδα ἐγκωμιάζει. Habuit in animo Troad. 1177. Γάμων τε καὶ τῆς ἰσοθέου τυραννίδος. Ariphron Sicyon. ap. Athen. XV. fin. Τᾶς τ' ἰσοδαίμονος ἀνθρώποις βασιληΐδος ἀρχᾶς." *Porsonus, Supplem. Præf. ad Hecub.* p. 30. Inscriptio ap. Pausan. VI. 4. Τῶν δ' ἱερογλώσσων Κλυτιδᾶν γένος εὔχομαι εἶναι Μάντις, ἀπ' ἰσοθέων αἷμα Μελαμποδιδᾶν. De quantitate primæ in ἰσόθεος vid. Porson. ad Eurip. Orest. 9. Erfurdt. ad Sophocl. Antig. 828.

83. Κυάνεος. *Cæruleus.* Angl. *dark blue.* Pausanias X. 28. p. 250. κυάνου τὴν χροιὰν μεταξύ ἐστι καὶ μέλανος, ὁποῖαι καὶ τῶν μυιῶν αἱ πρὸς τὰ κρέα εἰσὶ προσιζάνουσαι (Angl. *blue-bottle flies*). Cyanus igitur paullo dilutior est quam istarum muscarum color: unde flosculus quidam *ob colorem* vocatur *cyanus*, (*the blue-bell*). Secundum Eustath. ad Iliad. Λ. p. 728, 20. κυάνεον cœlum est, ὑπηνίκα ἐστὶ πάντη ἀνέφελος. Plato Timæo p. 543. λαμπρὸν δὲ λευκῷ ξυνελθόν, καὶ εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσόν, κυανοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται. Quare falsus est Is. Vossius ad Catull. p. 218. qui κυάνεον idem esse ait ac φαιόν, vertitque *violaceum*. Non est tamen dissimulandum poetas antiquissimos in hoc epitheto parum sibi constare. Sæpissime de serpentibus ponitur, e. g. Iliad. Λ. 39. Hesiod. Scut. 167. ut apud Latinos *cæruleus*; interdum vero de atris nubibus, ut in Hesiod. Theogon. 745. de hirundine, Simonid. ap. Schol. Aristoph. Av. 1410. Ceterum κυάνεος sæpe adhibetur de oculorum adspectu: Hesiod. Scut. 7. βλεφαρῶν ἄπο κυανεάων. Ibycus fragm. I. Ursin. Ἔρως αὖτέ με κυανέοισιν ὑπὸ βλεφάροις Ὄμμασι τακερὰ δερκόμενος. Eurip. Alc. 260. ὑπ' ὀφρύσι κυανωπέσι βλέπων πτερωτὸς Αἴδας. Hesiod. Scut. 356. Θεμιστονόην κυανῶπιν. Alciphron. III. 1. καὶ τὰς βολὰς τῶν ὀφθαλμῶν ἐστι κυανωπής.

84. Δέργμα. *Adspectus.* Eurip. Med. 190. τοκάδος δέργμα λεαίνης. Phœniss. 667. ἔνθα φόνιος ἦν δράκων—δεργμάτων κόραισι πολυπλάνοις ἐπισκοπῶν. Serpentium oculi terribile aliquid coruscare putabantur. Conferat harum rerum studiosus Iliad. X. 93. Hesiod. Scut. 143. Eurip. Orest. 473. Ion. 1262. Theocrit. XXIV. 18.

Cornutum de N. D. p. 50. Virgil. Georg. III. 433. et loca ibi citata. Senecæ Herc. F. IV. 3.

85. Πολύχειρ. *Magna manu instructus.* sc. *pedestrium copiarum.* Hesych. Πολυχειρία. *πλῆθος ἐργαζομένων καὶ ἀνυόντων.* respicitur Thucyd. II. 77. Pollux II. iv. 31. *Χεὶρ στρατιωτική, καὶ πολλῇ χειρί, καὶ πολυχειρία.* Herodot. VII. 12. de Xerxe, *ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος.* Eurip. Heraclid. 157. *Ἄργους τοσήνδε χεῖρα.* Proprio sensu usurpatur *πολύχειρ* Sophocl. Electr. 488.

86. Διώκω. *Urgeo. Dirigo.* quo sensu haud raro apud tragicos occurrit. Theb. 367. *Σπουδῇ διώκων πομπίμους χνοὰς ποδῶν.* Eumen. 402. *Ἔνθεν διώκουσ' ἦλθον ἄτρυτον πόδα.* Eurip. Orest. 1337. *Ἴδου, διώκω τὸν ἐμὸν εἰς δόμους πόδα.* Ion. 205. *πάντᾳ τοι βλέφαρον διώκω.*

88. Τοξόδαμνος. Vid. supra 26. Diphilus apud Athen. VI. p. 223. B. *Λητοῦς Διός τε τοξόδαμνε παρθένε, Ὡς οἱ τραγῳδοί φασιν, οἷς ἐξουσία Ἐστὶν λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν ὅμως.* Spectat forte Eurip. Hippol. 1470. *Τὴν τοξόδαμνον Ἄρτεμιν μαρτύρομαι.* Lycophr. 1331. *Τὴν τοξόδαμνον νοσφίσας Ὀρθωσίαν.*

89. Δόκιμος. *Illustris.* Minus recte Stanleius, *exspectandus,* quod foret *προσδόκιμος.* Herodot. I. 152. et alibi, *ἄνδρα δοκιμώτατον.* VII. 117. *δόκιμον ἐόντα παρὰ Ξέρξῃ.* VIII. 73. *δόκιμοι πόλιες.* Eurip. Suppl. 288. *ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι.* Cf. Iph. T. 176. Constructio est, *οὔτις δόκιμος εἴργειν. nemo adeo fortis est ut arceat:* sic in Prometh. 59. *δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους.* Simili constructione Horatius *superare pugnis Nobilem, Fortis tractare.* Multa alia vide apud Bentleium ad Horat. p. 3. Lambin. et F. Ursin. ad Virgil. Ecl. V. 1.

Ibid. Ὑφίσταμαι. *Subeo. Sustineo.* Incert. Rhes. 375. *σὲ γὰρ οὔτις ὑποστὰς—χορεύσει.*

95. Ἀλκίφρων. *Magnanimus.* Mox δολόμητις vox Homerica est.

97. Ἀλύσκω. *Evito.* Vox Homerica. Rarius est apud tragicos simplex verbum; occurrit tamen Sophocl. Antig. 468. cum genitivo, ubi vid. Brunck. et Electr. 627. Phrynichus in Pleuroniis ap. Pausan. in Phocic. p. 348. ed. Sylburg. *κρυερὸν γὰρ οὐκ ἤλυξε μόρον.* Vid. Gloss. in Prometh. 376. ed. 2.

98. Κραιπνός. *Velox.* Iterum vox Homerica, apud tragicos rarissime reperta. Cum eodem substantivo adhibuit Euripides Hippol. 842. *Πήδημ' ἐς αἴδου κραιπνὸν ὁρμήσασά μοι.* De hujus vocis etymologia solito modo nugantur grammatici, Etymol. M. p. 536, 10. Eustath. ad Iliad. E. p. 541, 42. *κραιπνῷ ποδὶ πηδήματος εὐπετέος* per enallagen dicitur pro *κραιπνοῦ ποδὸς πηδήματι εὐπετεῖ.* Sic Eurip. Phœniss. 670. *δεργμάτων κόραισι* pro *δέργμασι κορῶν.* Brunckius confert Sophocl. Electr. 19. Eurip. Hel. 1098.

Ibid. Πήδημα. *Saltus.* Tragicus apud Stob. Ecl. p. 119. Grot. Sentent. Singul. 238. *Θεοῦ δὲ πλαγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.* Vid. Agamemnonis locum mox citandum ad v. 102.

99. Εὐπετής. *Facilis.* Erotian. *Εὐπετέστερον, ῥᾴτερον.* Metaphora a talis desumta. Agam. 33. *Τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι.* ubi Scholiasta proverbium laudat, *Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.* (Diogen. I. 58.) Eurip. Orest. 594. *Γάμοι δ' ὅσοις μὲν εὖ καθεστᾶσιν βροτῶν, Μακάριος αἰών, οἷς δὲ μὴ πίπτουσιν εὖ*—Helen. 1088. *Τὸ δ' ἄθλιον κεῖν' εὐτυχὲς τάχ' ἂν πέσοι.* Cf. Electr. 1101. Phœniss. 701.

Ibid. Ἀναίσσω. *Sursum cum impetu feror.* Vid. Glossar. in Prometh. 135.

100. Σαίνω. *Blandior.* Vid. Glossar. in Theb. 379.

102. Ἀρκύστατα. *Locus intra retia.* *οἱ τόποι ἔνθα αἱ ἄρκυες πήγνυνται,* Hesych. Pollux V. 32. *ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ (αἱ ἄρκυες) ἵστανται ἀρκυστασία.* Noster Agam. 1376. *πῶς γὰρ*—*πημονῆς ἀρκύστατον Φράξειεν ὕψος, κρεῖσσον ἐκπηδημάτων.* (si vera est hæc lectio, *ἀρκύστατον* adjective ponitur, ut in Eurip. Orest. 1419.) Eumen. 111.

'Ο δ' ἐξαλύξας οἴχεται, νεβροῦ δίκην, Καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυστάτων Ὥρουσεν. Sophocl. El. 1476. Τινῶν ποτ' ἀνδρῶν ἐν μέσοις ἀρκυστάτοις Πέπτωχ' ὁ τλήμων;

106. Τὸ παλαιόν. idem quod πάλαι. Eurip. Med. 820. Ἐρεχθεῖδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι. Herodot. VII. 59. ὁ δὲ χῶρος οὗτος τὸ παλαιὸν ἦν Κικόνων. Ceterum constructio hæc est; θεόθεν γὰρ τὸ παλαιὸν μοῖρα κατεκράτησεν, cui similis est supra 102. τόθεν οὐκ ἔστι θνατὸν ἀλύξαντα ὑπερφυγεῖν. Citat Abresch. Eurip. Bacch. 868. φυγεῖν ὑπὲρ δικτύων. Nostri Agam. 366. ὑπερτελέσαι δίκτυον. Adjice Eurip. Orest. 1363.

107. Ἐπισκήπτω. *Cum impetu immitto.* infra 746. Prometh. 785. in sensu jubendi, et ap. Herodot. II. 65. III. 73. IV. 33. Cf. Valckenaer. ad Eurip. Hippol. 438.

108. *Πυργοδαίκτης. *Turres proscindens.* Schol. οἱ τοὺς πύργους κατακόπτουσι καὶ ἐρείπουσι. Vid. Glossar. in Theb. 732.

109. Ἱππιοχάρμης. Supra 29.

110. Κλόνος. *Tumultus.* ταραχὴ πολέμου, ἢ σεισμός, Hesych. quicum facit Schol. Apollon. Rhod. I. 783. Noster Agam. 409. ἀσπίστορας κλόνους λογχίμους. Eurip. Ion. 206. κλόνον Γιγάντων.

113. Πολιαίνομαι. *Incanesco.* Homer. Odyss. M. 147. πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς. Cf. Eustath. p. 1540, 38. Pindar. Ol. A. 115. Erinn. ap. Stob. VII. p. 49. Rufin. in Anthol. Καὶ πολιὸν πόντου κῦμα. Catull. LXI. 13. *Tortaque remigio spumis incanuit unda.*

114. Λάβρος. *Violentus.* πολύς, σφοδρός, Hesych. Homer. Iliad. B. 147. Zephyrus dicitur venire, λάβρος ἐπαιγίζων. Iliad. O. 624. κῦμα λάβρον Φ. 271. ποταμὸς λάβρος. Apollon. Rhod. I. 1359. ἄνεμος λάβρος. Sæpius apud Pindarum de magnitudine et violentia.

115. Ἄλσος. *Sacrum pratum.* Strabo IX. p. 632. C. οἱ δὲ

ποιηταὶ κοσμοῦσιν ἅλση καλοῦντες τὰ ἱερὰ πάντα, κᾆν ᾖ ψιλά. quæ exscripsit Eustath. ad Iliad. B. p. 270, 23. Schol. Pindari ad Ol. V. 24. τοὺς ἱεροὺς ποταμοὺς ἅλση εἰώθασι λέγειν. Noster in Suppl. 554. Ægyptum vocat Διὸς πάμβοτον ἅλσος, Λειμῶνα χιονόβοσκον. ibid. 865. mare dicitur ἁλίῤῥυτον ἅλσος. Stanleius advocat Ciceronem in Arateis, *Neptunia prata secantes.* Ceterum ἐσορᾷν in hoc loco sensum habet *sustinendi.* Eurip. Med. 266. Κακὴ δ' ἐς ἁλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾷν. Tyrtæus ap. Stob. LI. p. 193. Οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίνεται ἐν πολέμῳ, Εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματόεντα. Horatius, *Qui siccis oculis monstra natantia, Qui* VIDIT *mare turgidum.*

116. Πίσυνος. *Confidens.* Theb. 197. θεοῖς πίσυνος. Suppl. 347. ἁλκᾷ πίσυνος. Eurip. Orest. 895. Suppl. 121. Homer. Iliad. E. 205. τόξοισιν πίσυνος. Inscriptio apud Muratorium, emendata a Quirino de Primordiis Corcyr. p. 184. Ναυτιλίῃ κρυερῇ νηΐ τ' ἐμῇ πίσυνος. Etymol. M. p. 673, 29. πίσυνος Διΐ. (Iliad. I. 238.) πεπιστευκώς, τεθαῤῥηκώς, πεποιθώς. παρὰ τὸ πιστὸς πιστόσυνος, ὡς δοῦλος δουλόσυνος· καὶ συγκοπῇ πίσυνος. Propius ad verum accedit Eustath. ad Odyss. Σ. p. 1841, 33. τὸ δὲ πίσυνος Συρακουσίων γλώσσης ἔστι, καὶ ἀπὸ τοῦ πείθω πείσω γίνεται, ἀποβολῇ τοῦ ε̄ τῆς διφθόγγου.

Ibid. *Λεπτόδομος. *Tenuiter ædificatus.* Schol. λεπτοδόμοις, τοῖς λεπτῶς κατεσκευασμένοις. A δέμω *struo.*

117. Πεῖσμα. *Navis retinaculum.* πείσματα τὰ τῆς πρώρας σχοινία, Schol. Apoll. Rhod. I. 652. Πείσματα. σχοινία ἀπόγεια, πρυμνήσια. Hesych. Contra Suidas, Πείσματα τὰ ἀγκύρεια σχοινία. παρὰ τὸ πείθεσθαι δι' αὐτῶν τὴν ναῦν, a quo dissentit Etymol. M. p. 668, 41. Πείσματα, τὰ ἀπόγεια σχοινία, πείθειν καὶ εἴκειν τὴν ναῦν ποιοῦσιν, quicum facit Eustath. ad Iliad. A. p. 131, 7. Rectius autem *retinaculum* quam *rudens* vertetur. Nost. Agam. 196. νεῶν τε καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς. Suppl. 761. Οὐδ' ὅρμος, οὐδὲ πεισμάτων σωτηρία Εἰς γῆν ἐνεγκεῖν, οὐδ' ἐν ἀγκυρουχίαις. Cf. Eurip. Hecub. 1070. Hippol. 762.

Ibid. *Λαόπορος. *Quam populus transit.*

119. * Μελαγχίτων. *Pulla veste amictus.* Fortiore metaphora exprimere voluit Homericum, Iliad. P. 83. Ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος πύκασε φρένας ἀμφιμελαίνας. et A. 103. μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι Πίμπλαντ'. ubi Schol. Venet. ἤδη δὲ οἱ νεώτεροι μελαίνας τὰς φρένας φασίν. Nostri Scholiasta Homerum in animo habuit, quum μελαγχίτων per ἀμφιμέλαινα explicaret. Male autem pergit ἡ συνετὴ καὶ ἐν βάθει κειμένη, καὶ ἀφανὴς οὖσα. quo in errore versati sunt Homeri interpretes, et Hesychius, Μέλαιναι φρένες, αἱ βαθεῖαι, imo *tristes, solicitæ.* Theognis 1199. καί μοι κραδίην ἐπάταξε μέλαιναν, Ὅττι μοι εὐανθεῖς ἄλλοι ἔχουσιν ἀγρούς. Solon ap. Diog. Laert. I. 61. γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος Ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγωνῇ. Noster Choeph. 411. Σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦ=ται πρὸς ἔπος κλύουσαν. Suppl. 792. Μελανόχρως δὲ πάλλεταί μου καρδία. Sophocl. Ajac. 968. Ἦ ῥα κελαινωπὸν Θυμὸν ἐφυβρίζει. ubi egregia quædam adnotavit Musgravius. Cf. Gataker. ad M. Antonin. IV. 28.

120. Ἀμύσσω. *Vellico.* Docte Eustathius ad Iliad. A. p. 94, 32. (v. 243. σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις.) Ἀμύσσειν δὲ κυρίως τὸ ξέειν, ὡς καὶ αἷμα ῥυΐσκεσθαι. οἱονεὶ αἱμύσσειν, μετὰ δασείας, καὶ ἀποβολῇ τοῦ ῑ ἀμύσσειν μετὰ ψιλῆς (in his perperam Etymologo obsecutus) ἀμύσσειν γοῦν τις λέγεται παρειάν· ἐξ οὗ καὶ ἀμυχαὶ σαρκῶν, καὶ ἀμυχαὶ ξεσμάτων τῶν ὀπουδήποτε, οἷον καὶ ἐν βιβλίοις ἢ ξύλοις. τὸ δὲ τὴν ψυχὴν ἀμύσσειν μεταφορικόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ σώματος. Eadem fere repetit ad Iliad. E. p. 566, 31. ubi citat Sophocl. Ajac. 633. πολιᾶς ἀμύγματα χαίτας. Theocrit. XIII. 71. χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἦπαρ ἄμυσσεν. ubi Schol. ἀμύσσω, τὸ διὰ ξυροῦ τὴν σάρκα τέμνω. ὅθεν καὶ ἀμυχαί, αἱ τοῦ δέρματος τομαί. Cf. Herodot. VII. 76. infra 166. Choeph. 22. Fischer. ad Æsch. Socrat. p. 123.

121. * Ὀά. Interjectio Persica; Περσικὸν θρήνημα. Schol.

123. Κένανδρος. *Viris vacuus.* Cf. infra 736. 767. Phrynichus Apparat. Sophist. p. 46. Κένανδρος πόλις, κένανδρος χώρα.

126. Ἀντίδουπος. *Ex adverso sonans.* Anglice verteris,

shall re-echo the strain. Cf. 396. Aliam vim habet ἀντίμολπος in Agam. 17.

127. Γυναικοπληθής. *Feminis refertus.* Eurip. Alcest. 951. ξύλλογοι γυναικοπληθεῖς. Per τοῦτ' ἔπος intelligas ὁά, ut recte monet Schol.

128. Ἀπύω. *Pronuncio.* Primam longam, penultimam communem habet. Vid. Glossar. in Prometh. 613. Porson. ad Eurip. Suppl. p. 172.

Ibid. Βύσσινος. *E lino tenui contextus.* Vid. Glossar. in Theb. 1041. Sophocl. Laocoont. fr. 2. Νώτου καταστάζοντα βύσσινον φάρος. Nossis apud Bentl. Diss. Phalar. p. 353. Δέξαι βύσσινον εἶμα.

129. Λακίς. *Pannus.* Orion Thebanus MS. Λακίδες. ἐπισχίσματα ἱματίου, παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ψοφεῖν ἠρέμα ἐν τῷ σχίζεσθαι. οὕτως Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς σημείοις Ἡσιόδου. Infra 840. πάντα γὰρ Κακῶν ὑπ' ἄλγους λακίδες ἀμφὶ σώματι Στημορῥαγοῦσι ποικίλων ἐσθημάτων. Eurip. Troas. 497. Πέπλων λακίσματα. Alcæus ap. Heraclid. Pont. p. 413. Λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἦδη, Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.

132. Πεδοστιβής. *Terra incedens.* Eurip. Hel. 1536. πτεροῖσιν ἀρθεῖσ', ἢ πεδοστιβεῖ ποδί. Sæpius apud Euripidem occurrit. Composita in στιβής interdum vim habent passivam, ut ἠλιοστιβής, Prometh. 816. ἀστιβής. Theb. 857.

133. Σμῆνος. *Examen.* Proprie de apibus dictum. Phrynichus Apparat. Sophist. p. 37. ed. Bekker. Ἐσμὸς μελισσῶν, καὶ σμῆνος μελισσῶν. ἄμφω δόκιμα. Sophocl. apud Porphyr. de Antro Nymph. 18. p. 119. Βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος. Aristoph. Nub. 297. Heliodor. Æth. II. 98. καὶ σμῆνος κακῶν, καὶ τὸν ἐκ τούτων βόμβον ἄπειρον ἐπὶ σαυτῷ κινεῖς. Sic σοφιστῶν σμῆνος dixit Cratinus ap. Clem. Alex. Strom. I. p. 329. Plato Cratyl. p. 54. ἐννενόηκά τι σμῆνος σοφίας. Theocrit. VIII. 46. ἔνθα μέλισσαι Σμάνεα πληροῦσιν.

Neutrum σμῆνον occurrit in oraculo ap. Plutarch. de Amic. Mult. p. 96. B. Σμῆνα μελισσάων τάχα τοι καὶ σφῆκες ἔσονται, non tamen idcirco in Græciam adsciscendum: Schaeferus conjicit ἐσμά. Ceterum ut hic σμῆνος, sic ἐσμός dixit in Suppl. 222. ἐσμὸς ὡς πελειάδων. ibid. 678. νούσων ἐσμός. Aristoph. Lys. 353. ἐσμὸς γυναικῶν. (Porphyr. de Abst. I. 6. ἐσμὸν τῶν παθῶν ἐγείρουσαι, Juven. X. 218. *circumsilit, agmine facto, Morborum omne genus.*) ibid. 1031. Sic Horat. Carm. I. xxxv. 30. *juvenum recens Examen.* Epod. II. 65. *Positosque vernas, ditis examen domus.* Cf. Valckenaer. Ep. ad Rover. p. 47.

134. Ὄρχαμος. *Dux.* Vox Homerica. Hesych. Ὄρχαμε λαῶν. (Iliad. Ψ. 102.) βασιλεὺς ἀγῶν λαόν. Venit autem ab ὄρχος, idem quod ὅρχατος, *series recte ordinata*, ὄρχαμος ille est qui ordinat, idem ac κοσμήτωρ λαῶν.

135. Ἀμφίζευκτος. *Utrinque colligatus*, scilicet ex utraque continente. Intelligo autem per ἀμφίζευκτον πρῶνα, pontem, qui in promontorii modum ex utraque continente excurrebat, et sic ἅλιος πρών, κοινὸς ἀμφοτέρας αἴας, fiebat, quæ voces vix de Chersoneso Thracica dici potuerunt, quod opinatur Schutzius. Vid. supra 69. Porro ἐξαμείβω, *trajicio*, hoc etiam evincit. Eurip. Phœniss. 131. Τὸν δ' ἐξαμείβοντ' οὐχ ὁρᾷς Δίρκης ὕδωρ;

136. Πρών. *Promontorium.* Nempe προὼν τῆς γῆς, sic melius derivandum quam a προϊών, cum Etymol. M. p. 692, 47. Forma Ionica erat πρώων. Iliad. Π. 299. πρώονες ἄκροι. Eurip. Cycl. 116. ἔρημοι πρῶνες ἀνθρώπων. Sophocl. Trachin. 790. Λοκρῶν ὄρειοι πρῶνες. Id. ap. Schol. Aristoph. Ran. 678. Αἰγαίου πρῶνος.

139. Πίμπλημι. *Compleo.* Paulus Silentiarius, emendatus a Toupio in Theocrit. XIV. 37. Ἡ δ' ὑποπιμπλαμένη δάκρυσιν εἶπε τάδε. De orthographia hujus vocis vid. infra ad 815.

140. *Ἀκροπενθής. *Summo dolore oppressus.* Simile compositum est ἀκράχολος *iracundiæ valde obnoxius*, ap. Platon. Rep. II. Aristoph. Eq. 42. fragm. 133. Epinicium ap. Athen. X. p. 431. E.

quod divisim expressit Herodot. I. 73. *ὀργὴν ἄκρος*. sic enim certissime legendum, quicquid in contrariam partem nuper scripserit nonnemo in Act. Lipsiens. T. II. p. 281.

141. **Φιλάνωρ**. *Maritum amans*. idem ac *φίλανδρος*. Musæus 267. Coluth. 267. Vid. Passov. in Act. Soc. Lips. I. p. 118. Postea vero huic voci mala significatio accrevit. Vid. Hermogen. p. 332. citatum ad Eurip. Androm. 228. ed. Gaisford. Huic contraria sunt *στυγάνωρ* et *ἀστεργάνωρ* Prometh. 749. 929.

142. ***Αἰχμήεις**. *Bellicosus*. Ruhnkenius, si bene memini, alicubi in Epistolis Criticis negat *αἰχμήεις* bene Græcum esse, hujus loci non recordatus. Eadem ex *αἰχμὴ* analogia formatur, qua ex *χαιτή*, *χαιτήεις*, ex *ἠχή*, *ἠχήεις*.

Ibid. **Θοῦρος**. *Acer*. Vid. Glossar. in Prometh. 363.

Ibid. **Εὐνητήρ**. *Tori socius*. Infra 162. *θεοῦ μὲν εὐνήτειρα*. cf. 165.

147. **Κεδνός**. *Prudens*. Vid. Glossar. in Theb. 62. De *βαθύβουλος* vid. ad Prometh. 18. Theb. 590.

152. **Ῥῦμα**. *Tractus*. *ὀλκός*, Hesych. quo sensu rarius occurrit. Xenoph. Anab. III. 3. 15. *ἐκ τόξου ῥύματος*. Auctor nescio quis ap. Suid. in voce, *ἐς τόξου ῥῦμα περιέπλεον τοῖς Ῥωμαίοις οἱ βάρβαροι, πόλλ' ἅμα βέλη ἀφιέντες*. Eunapius ibid. *πέτρα δέ τις ἀπεσπασμένη ἐς τόξου ῥῦμα*. Pollux I. 164. *ἐκ τόξου ῥύματος ἦν ἡ μάχη*.

153. ***Δορίκρανος**. *Cuspide præfixus*, pro *δορικάρανος*.

160. **Βαθύζωνος**. *Demissam zonam habens*. Anglice, *long-waisted*. Vid. Glossar. in Theb. 861. Dionys. Perieg. 840. *χρυσοῖο κατ' ἰξύος ἄμμα βαλοῦσαι*.

162. **Θεός**. de rege Persarum. "Quod nunquam" inquit Drusius Obs. Sacr. XII. 11. "Persis commune fuit cum Assyriis et aliis multis barbaris. Allocuturi regem, proni occidebant, eumque

adorabant, tanquam imaginem Dei, cuncta in terra conservantis." Plura dabunt Spanhem. ad Callim. H. Jov. 79. Rosenmüller ad Psalm. XLV. 7. qui hæc loca in pravam istius psalmi interpretationem detorsit. Cf. Glossar. in Agam. 893.

164. Χρυσεόστολος. *Auro ornatus.* Nisi restituendum χρυσεοστόλμους. Choeph. 28. στολμοὶ πέπλων. Suppl. 710. Στολμοί τε λαίφους. Eurip. Androm. 148. Στολμόν τε χρωτὸς τόνδε ποικίλων πέπλων.

166. Ἀμύσσω. Vid. supra 120.

168. Κονίω. *Pulvere illino.* Vid. Glossar. in Theb. 60. Prometh. 998. κονίειν οὐδας nihil aliud esse quam *festinare* recte monuit Schutzius. Hyginus Astron. III. 11. *Ætoli, cum volunt aliquem decurrere significare, ἀποκονῖσαι dicunt.* Vid. Wesseling. Obs. p. 246.

172. Φῶς. *Lux, decus.* Locum sic vertas. "*Propter hæc duplex mihi in mente est ineffabilis solicitudo, ut nec opum abundantiam sine viris honore prosequi contingat, neve nobis, sine opibus relictis, id decoris affulgeat, scilicet quanta vis hominum nobis suppetat.* Ultimas voces mire interpretatur Schutzius, *quanta ipsis fortitudo inest.*

173. Ὀφθαλμός. *Oculus,* sic dicitur Xerxes. Hanc Scholiastæ interpretationem, quam amplectitur Stanleius, *ineptam* vocat Schutzius, qui vertit, *circum oculos meos timor,* cujus metaphoræ exemplum desidero. ἀμφὶ simili modo construitur v. 8. In Choeph. 932. Orestes dicitur ὀφθαλμὸς οἴκων. Eurip. Androm. 406. Εἰς παῖς ὅδ' ἦν μοι λοιπός, ὀφθαλμὸς βίου. Sophocl. Œd. T. 987. Καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι. Pindar. Ol. II. 16. Ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔσαν ὀφθαλμός. Ol. VI. 27. Ποθέω στρατιᾶς Ὀφθαλμὸν ἐμᾶς. Stanleius comparat Plaut. Pseudol. *Ubi isti sunt quibus vos oculi estis, quibus vita, quibus Deliciæ estis?* Cf. proximum versum.

177. Ἐν ὑμῖν. *Penes vos sunt. De vobis pendent.* Sophocl. Œd. T. 314. ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν. Ajac. 519. ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζο-

μαι. Eurip. Phœniss. 1265. ἐν σοὶ Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας Τροπαῖαν. ubi vid. Valckenaer. Alcest. 285. Ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή. Iph. A. 1379. Κἀν ἐμοὶ πορθμός τε ναῶν, καὶ Φρυγῶν κατάσκαφαί. ubi corrigendum censeo, Κἀν ἐμοὶ, νεῶν τε πορθμός. Helen. 1441. Ἐν σοὶ τόδ'. Herodot. VI. 109. ἐν σοὶ νῦν, Καλλίμαχε, ἐστίν, ἢ καταδουλῶσαι Ἀθήνας, ἢ κ. τ. λ. Cf. VIII. 60. 100. Thucyd. VI. 92. γίγνεσθαι δέ τι αὐτῶν καὶ ἐν τάχει, καὶ προθυμότερον, ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὦ Λακεδαιμόνιοι. Similiter fere Terentius Andr. III. iii. 41. *Nolo tibi ullum commodum in me claudier.*

182. Ἰάων. Antiqui Atticæ incolæ sic audiebant. Homer. Iliad. N. 685. Ἔνθα δὲ Βοιωτοί, καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες. ubi Apollonius et Hesychius per Iaonas intelligunt Athenienses. Corrupte Schol. Venet. Ἰάονες. οἱ ἐν Πελοποννήσῳ Φθιῶται. Voces οἱ ἐν Πελοποννήσῳ in proximum scholium detrudendæ sunt, ubi narratur ex Androtione, ὅτι στηλὴν ἔστησαν ἐπὶ Λακεδαίμονος διορίσαντες οὕτως. Τάδ' ἐστὶν οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰαόνες. Ἴωνες δ' ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους οὕτως· Τάδ' ἐστὶν οὐκ Ἰάονες, ἀλλὰ Πελοπόννησος. Quæ mire corrupta sunt. Pro Λακεδαίμονος legendum ex Strabone Κρομμυωνίας. Inscriptiones ex Strabone et Plutarcho sic citat Meursius Thes. XIX. p. 73. Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία. Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία. Aristoph. Ach. 104. Ὅτι χαυνοπρώκτους τοὺς Ἰάονας λέγει. Schol. Ἴωνες Ἀθηναῖοι, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου. πάντας τοὺς Ἕλληνας Ἰάονας οἱ Βάρβαροι ἐκάλουν. Vid. Strab. VIII. p. 588. Schol. Nicandr. Alex. 9. Larcher. ad Herodot. T. VII. p. 426.

184. Ἐναργής. *Evidens.* Prometh. 684. Τέλος δ' ἐναργὴς βάξις ἦλθεν Ἰνάχῳ. Cf. Theb. 128. Sophocl. Antig. 283. Platon. Thætet. 26. De somnio Herodot. V. 55. ὄψις ἐννυπνίου ἐναργεστάτη. ubi Larcherus citat Platon. Crit. p. 44. B. ὡς ἄτοπον τὸ ἐνύπνιον, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. ἐναργὲς μὲν οὖν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

185. Εὐφρονή. *Nox.* Vid. Glossar. in Prometh. 676.

186. Εὐείμων. *Bene vestitus.* quod Homerus Od. O. 330. dixit εὖ εἱμένος, notante Abreschio.

187. Ἀσκέω. *Instruo.* "Commune verbum earum omnium artium, quæ ad curam et cultum, qua corporis, qua animi pertinent." Verba sunt Casauboni Diatr. in Dion. Chrysost. p. 31. Koenio laudata ad Gregor. p. 254. qui observat hunc sensum antiquiorem esse, citatis, præter hunc versum, Herodot. p. 124, 29. Eurip. Troad. 1023. Ion. 326. Alcest. 159. Adjice Helen. 1599. *ναυφθόροις ἠσκημέναι Πέπλοισιν*, uti correxit Porsonus vulgatum *ἠσθημένοι* (1398. *Πέπλους δ' ἀμείψασ' ἀντὶ ναυφθόρου στολῆς Ἐγώ νιν ἐξήσκησα.*) Simili menda purgandus Pythænetus ap. Athen. XIII. p. 589. F. *φησὶν—τὴν Προκλέους θυγατέρα Μέλισσαν ἰδόντα Πελοποννησιακῶς ἠσθημένην—ἐρασθέντα γῆμαι.* Lege *ἠσκημένην.* Adde Sophocl. Œd. Col. 1602. Incert. Rhes. 922. Theocrit. I. 33. XXIV. 138. Antipatr. Sidon. in Analect. II. p. 13. Primum exemplum suppeditat poetarum pater, Iliad. K. 438. *Ἅρμα δέ οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ εὖ ἤσκηται.* De sensu secundario vid. ad Prometh. 1162.

189. Μέγεθος. *Proceritas.* qua sine formam non esse perfectam putabant. Herodot. III. 1. *Ἀπρίεω—θυγατὴρ κάρτα μεγάλη τε καὶ εὐειδής.*

190. Ἄμωμος. *Inculpatus.* Vox de forma peculiariter usurpata. Musæus Her. et Leand. 92. *Κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικός.* Incertus in Brunck. Anal. III. p. 158. *Εἶδος μὲν γὰρ ἄμωμον, ἐπ' ὄμμασι δ' ἁ περίσαμος Αἰδώς.* Haud alio sensu Callimach. Del. 19. *Ἡ δ' ὄπιθεν Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνος ὀπηδεῖ, Οὐκ ὀνοτή.* Dionys. Perieg. 839. *Οὐ μὰν οὐδὲ γυναῖκας ὀνόσσεαι*, i. e. ob pulchritudinis defectum.

194. Τεύχω. Vid. Glossar. in Prometh. 1126. Locutio simillima est Theocrit. XXII. 191. *τὼ δ', ἄορ' ἐκ κολεοῖιν ἐρυσσαμένω, φόνον αὖθις Τεῦχον ἐπ' ἀλλήλοισι.* unde in hoc loco legerem, *τεύχειν ἐπ' ἀλλήλαισι.*

195. Πραΰνω. *Mitigo.* Infra 842. Eurip. Phryx. ap. Stob. LXXII. *Ὀργήν τε πραΰνουσα, καὶ δυσθυμίας Ψυχὴν μεθιστᾶσ'.* Soph. Philoct. 649. *ᾧ μάλιστ' ἀεὶ Κοιμῶ τόδ' ἕλκος, ὥστε πραΰνειν πάνυ.* Adjectivum Atticum erat *πρᾶος*, sed hoc verbum fluxit ex veteri forma

πρηΰς, quæ rarior est. Hymn. Homer. VII. 10. Πρηὺ καταστίλβων σέλας. Callimach. Fragm. CXXXI. 1. πρηεῖα γυναικῶν.

196. Λέπαδνον. *Averta.* Anglice, *A poitrel or breast-band,* quæ pars eodem officio fungebatur quo apud nos helcium, *the collar.* Pollux I. 147. τὰ ἀπὸ τῶν ῥυμῶν ἀπηρτημένα, τὰ ὑπὸ τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων ἑλιττόμενα, λέπαδνα. Hesych. Λέπαδνα, ἱμαντες πλατεῖς, οἷς ἀναδέονται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν. Homer. Iliad. E. 729. Τοῦ δ' ἐξ ἀργύρεος ῥυμὸς πέλεν· αὐτὰρ ἐπ' ἄκρῳ Δῆσε χρύσειον καλὸν ζυγόν· ἐν δὲ λέπαδνα Κάλ' ἔβαλε χρύσεια. ubi Schol. Venet. Λέπαδνα, πλατεῖς ἱμαντες, οἷς ἀναδεσμοῦνται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν. ὡς κόπτω, κόπανον, λέπω, λέπαδνον. Formatur a λεπάζω, *decortico.* Photius idem facit λέπαδνον et μασχαλιστήρ. Vid. ad Prometh. 71. Hinc metaphorice Agam. 219. Ἐπεὶ δ' ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον. Eum. 558. Τὸν οὔποτ' αὐχοῦντ' ἰδεῖν ἀμηχάνοις δύαις λέπαδνον.

197. Πυργόω. *In modum turris ædifico.* ἐπυργοῦτο *major esse videbatur.* Phot. et Hesych. Πυργοῦται. ὑψοῦται. Eurip. Med. 526. ἐπειδὴ καὶ λίαν πυργοῖς χάριν. plura exempla dabit Beckii index. Aristoph. Ran. 1030. Chorus Æschylum alloquitur, Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνά. *built the lofty rhime.* Epigr. in Anthol. III. xxv. 28. et Suid. in v. Πυργώσας. Ὦ τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν Πυργώσας στιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ, Αἰσχύλος. ubi malim ὀκριόεσσαν.

198. Εὔαρκτος. *Qui facile regitur.* ἐν ἡνίαισιν εὔαρκτον una voce dicere potuisset εὐήνιον. Vid. Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 125.

199. Σφαδάζω. *Luctor.* Proprie de iis qui in articulo mortis membra cum spasmo agitant. Photius, Mœris, et Hesychius, Σφαδάζειν. δυσθανατᾷν. Vid. Pierson. ad Mœr. p. 356. Ruhnken. ad Timæi verba, Σφαδάζειν. δυσανασχετεῖν μετά τινος ὥσπερ σπασμοῦ. Euripid. ibi laudatus, Εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα Πῶλον, χάλινον ἀρτίως δεδεγμένον. Erotian. Σφαδάζει. χαλεπαίνει, δυσφορεῖ. ἡ λέξις Ἀττική. Docte de hac voce agit Schol. ad Soph. Ajac. 831. Cf. Toup. ad Longin. p. 329. nostri Agam. 1295.

Ibid. Ἔντεα. *Arma.* Angl. *The harness.* Hesych. Ἔντεα. τεύχεα. ὅπλα. Ἔντεα δαιτός, (Odyss. H. 232.) σκεύη.

200. Διασπαράσσω. *Divello.* Hesych. Διασπαράττει διασπᾷ, διαιρεῖ, διαμερίζει. διασπαρακτὸν σῶμα dixit Eurip. Bacch. 1218. Aristoph. Ran. 474. Ἐχιδνά θ' ἑκατογκέφαλος, ἥ τὰ σπλάγχνα σου Διασπαράξει, πνευμόνων τ' ἀνθάψεται. Vid. Glossar. in Prometh. 1054.

204. Ῥήγνυμι. *Frango. Lacero.* Notum doloris indicium. Vide infra 474. 1030. Theb. 318. Choeph. 25. Spanhem. in Callim. Lav. Pall. 70. II. Reg. v. 7. Herodot. III. 66. Πέρσαι δέ, ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντο, καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο.

207. Ψαύω. *Tango.* Qui somnia male ominata viderant, subìto experrecti et face accensa manus lavabant, et piacula diis averruncis, seu diis manibus faciebant. Vid. Choeph. 533. Euripides apud Aristoph. Ran. 1376. Ἀλλά μοι, ἀμφίπολοι, λύχνον ἅψατε, Καλπίσι τ' ἐκ ποταμῶν δρύσον ἄρατε, θέρμετε δ' ὕδωρ, Ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω. Sic Hecuba, in litus descendens, exclamat ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν. Theophrast. de Superstitioso, καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας—ἐρωτήσων τίνι θεῷ ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ. ubi vid. Casaub. Apoll. Rhod. IV. 662. ἔνθα δὲ Κίρκην Εὗρον ἁλὸς νοτίδεσσι κάρη ἐπιφαιδρύνουσαν, Τοῖον γὰρ νυχίοισιν ὀνείρασιν ἐπτοίητο. ubi Schol. ἀποτρεπομένη φοβερὸν ὄναρ. Apuleius XI. p. 238. ed Pric. *Confestim discussa pigra quiete, alacer exsurgo: meque protinus, purificandi studio, marino lavacro trado.* Conf. Mosch. Idyll. II. 16. Herodot. V. 56. de Hipparcho. ταῦτα δέ, ὡς ἡμέρη ἐγένετο τάχιστα, φανερὸς ἦν ὑπερτιθέμενος ὀνειροπόλοισι· μετὰ δέ, ἀπείπαμενος τὴν ὄψιν, ἔπεμπε τὴν πομπήν, ἐν τῇ δὴ τελευτᾷ. Vocem ἀπειπάμενος explicat Wesselingius *per piacula avertens.* Male Larcherus, *découragé par cette vision,* quem sensum constructio non fert. Quin et id quoque notandum est, veteres somnia Soli, aut Terræ, aut Ætheri narrare solitos. Sophocl. Electr. 424. Τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' Ἡλίῳ δείκνυσι τοὖναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένου. Sappho ap. Hephæst. p. 69. ed. Gaisf. ζαελεξάμαν ὄναρ

Κυπρογενήᾳ. Vid. Bergler. ad Alciphr. I. 8. Bene comparat Stanleius Xenoph. Sympos. IV. 33. *Οὐκοῦν καὶ εὔχῃ μηδέποτε πλουτεῖν, καὶ ἐάν τι ὄναρ ἀγαθὸν ἴδῃς, τοῖς ἀποτροπαίοις θύεις ;*

Ibid. Θυηπόλος. *Suffimine versatus.* Hesych. *Θυηπόλος. ὁ περὶ τὰς θυσίας ἀναστρεφόμενος ἱερεύς.* Pollux I. 14. recensitis ministrorum sacrorum nominibus, subjicit, *ποιητικώτερον γὰρ τὸ θυηπόλος.* Apollon. Rhod. I. 967. *Στησαμένοι παρὰ θῖνα θυηπολίης ἐμέλοντο.* ubi meliorem lectionem, *Εἰσάμενοι* servavit Etym. M. p. 326, 32. Verbum *θυηπολέω* occurrit Agam. 263. Ceterum de hujusmodi compositis, quæ in antepenultima *η* pro *ο* adsumunt, disserui ad Theb. 415.

208. Ἀπότροποι δαίμονες. *Dii Averrunci.* Vid. Glossar. in Theb. 8.

209. Πέλανος. *Quidvis ex humido concretum,* et proprie *Libum.* Suidas (e Lexico quodam Platonico, fortasse Boethi, ut opinatur Ruhnken. ad Timæum. p. 211.) *Πέλανοι, πέμματα ἐκ παιπάλης, τουτέστιν ἀλεύρου λεπτοτέρου, εἰς θυσίαν ἐπιτήδεια. ὡς αὐτός φησι.* (sc. Plato) *καρποὶ μέλιτι δεδευμένοι. Διονύσιος Θρᾳξί. Θεοῖς ἀπαρχαί τίνες.* Mirum est Ruhnkenium non probasse Kusteri correctionem, *Διονύσιος Θρᾴξ, θεοῖς ἀπ. τ.* uti apud Photium diserte legitur. Harpocratio ait, *πολλάκις ἐστὶ τοὔνομα παρὰ πολλοῖς τῶν ἀρχαίων. Ἀπολλώνιος δ' ὁ Ἀχαρνεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν Ἑορτῶν, οὕτω γράφει. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ προσαγορευόμενος πέλανος. λέγεται δὲ πέμματά τινα τοῖς θεοῖς γινόμενα ἐκ τοῦ ἀφαιρεθέντος σίτου ἐκ τῆς ἅλω. Σαννυρίων δ' ἐν Γέλωτί φησι.*—[*πέλανον καλοῦμεν· ἡμεῖς οἱ θεοί,*] *Ἃ καλεῖτε σεμνῶς ἄλφιθ' ὑμεῖς οἱ βροτοί.* Voces uncinis inclusæ sunt ex conjectura Casauboni. Choeph. 90. *Χέουσα τόνδε πέλανον ἐν τύμβῳ πατρός.* Plura dabo infra ad v. 821.

Ibid. Τελη. *Sacra.* Minus recte Stanleius *quorum hoc est munus:* quod fuisset *οἷς τέλος τόδε.* vid. Agam. 909. Verte, *quibus hæc sacra* (nempe *ad somnia expianda*) *pertinent.* Eurip. Med. 1379. *Σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομεν.* Hippol. 25. *Σεμνῶν ἐς ὄψιν*

καὶ τέλη μυστηρίων, ubi vide Monk. Eurip. ap. Athen. p. 40. D. μικρὰ θύοντες τέλη.

210. Ἐσχάρα. *Ara humilis.* Photius. Ἐσχάρα, ἡ ἐπὶ γῆς ἐστία στρογγυλοειδής. ἀφ' ἧς ἐσχάρας λέγομεν καὶ τὰ κοῖλα καὶ περιφερῆ ἔλκη. ὁ δὲ βωμὸς τὸ ἐν ὕψει ἐστὶ πρὸς θυσίαν οἰκοδόμημα. Vide Alberti. ad Hesych. in voce.

211. Ἄφθογγος. *Mutus.* Notissimum timoris vel doloris signum. Stanleius confert Callim. Lav. Pall. 83. Ἐστάθη δ' ἄφθογγος· ἐκόλλασαν γὰρ ἄνιαι Γούνατα. Infra 296. Vid. Bentl. ad Horat. Carm. II. xix. 7.

212. Κίρκος. *Falco.* Vett. Gloss. Prometh. 884. Suppl. 223.

213. Χηλή. *Unguis.* Etymol. p. 811, 14. Χηλή. ὁ ὄνυξ. Ὅρος δὲ λέγει κυρίως τὴν χηλήν, ἐπὶ τῶν διονύχων ζώων—ὄπλην ἐπὶ τῶν μονωνύχων. Vox γαμψώνυχος in Prometh. 497. idem sonat ac ἀγκυλόχηλος in Batrachom. 285.

214. Τίλλω. *Vello.* De iis dictum qui plumas vel capillos convellunt; unde τιλμός, Suppl. 836. Homer. Iliad. X. 406. ἡ δέ νυ μήτηρ τίλλε κόμην. Schol. Aristoph. Pac. 541. Τίλλειν ἑαυτὸν λέγεται, τὸ τῶν ἑαυτοῦ τριχῶν ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ σπαράττειν τὰς κόμας. Aristoph. Av. 286. ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν τίλλεται, Αἵ τε θηλεῖαι προσεκτίλλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά. Apposite Pollux IX. 109. de coturnicibus pugnantibus, ὁ δὲ ἔκοπτε τῷ λιχανῷ, ἢ τὰ ἐκ τῆς κεφαλῆς πτερὰ ἀπέτιλλε. Ceterum notatu dignum est, simillimum portentum iisdem fere verbis ab Herodoto narratum esse, visum septem Persarum conjuratis, quum de Smerdi aggrediendo deliberarent, ὡθιζομένων δὲ αὐτῶν, ἐφάνη ἱρήκων ἑπτὰ ζεύγεα, δύο αἰγυπιῶν ζεύγεα διώκοντά τε καὶ τίλλοντα καὶ ἀμύσσοντα. Æschylus vero ad Homerum forte respexerit Od. O. 524.

Ibid. Πτήσσω. *Præ metu contrahor.* Vid. Gloss. Prometh. 29. Constructio est, οὐδὲν ἄλλο [ἐποίει] ἢ &c. Thucyd. IV. 14. οἱ Λακεδαιμόνιοι—οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἐκ γῆς ἐναυμάχουν. cf. III. 39. Demosth.

T. I. p. 24. *οὐδὲν ἄλλο, ἢ χλευάζει ὑμᾶς.* Plato Menon. 7. *ὅτι οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἐπιτάττεις ἐν τοῖς λόγοις.* Lucian. Dial. Mar. I. p. 326, 90. Plura dabit Fischer. Animadv. ad Welleri Gramm. Gr. T. IV. p. 33. Matthiæ. Gr. Gr. §. 487, 8. Eadem fere ellipsis in Sophocl. Trachin. fin. *Κοὐδὲν τούτων ὅ τι μὴ Ζεύς.* Phil. 1144. Liv. III. 26. *et illa quidem nocte nihil præterquam vigilatum est in urbe.*

218. Ὑπεύθυνος. *Qui ad rationes reddendas cogi possit.* Vid. Glossar. Prometh. 332. Herodot. III. 80, 9.

221. Προστροπή. *Supplicatio.* Proprie *conversio*, sc. *ad Deos.* Simili fere metabasi *ἱκνεῖσθαι supplicare* significat, cujus sensus primarius fuit *venire.* Choeph. 19. *ὡς ἂν σαφῶς Μάθω γυναικῶν ἥτις ἥδε προστροπή.* ibid. 83. Eumen. 716. Soph. Œd. Col. 558. Eurip. Alcest. 1159. *Βωμούς τε κνισᾷν βουθύτοισι προστροπαῖς.* Heracl. 108. *Ἄθεον ἱκεσίαν μεθεῖναι πόλιν Ξένων προστροπάν.*

222. Φλαῦρος. *Malus. Infaustus.* Timæus, Φλαῦρον. *πονηρόν.* Plato, a Ruhnkenio citatus, *βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν.* Herodot. VII. 10. *Ἑλλήνων, οὐκ ἐόντων ἀξίων φλαύρως ἀκούειν.* Vid. Pierson. ad Mœrin p. 385. Ruhnken. ad Timæ. p. 271. Distinguunt Grammatici inter *φαῦλος* et *φλαῦρος*, quæ voces eodem sensu usurpantur; *φαῦλος* vero, si bene memini, sæpius de personis, *φλαῦρος* de rebus ponitur. Vocabulorum radices diversæ sunt. *φλαῦρον* id proprie dicitur quod *leve* est, et *nullius ponderis.* A matre ejus, *φλέω*, provenit magna verborum familia, *φλέψ, φλέος, φλέδων, φλάω, φλέγω, φλύαξ, φλοιός, φλοῖσβος, φλύω, φλυαρός, φλαῦρος*, quæ omnia levitatis et inanitatis notionem habent. Vid. Glossar. in Prometh. 513.

223. Ἐκτελής. *Perfectus.* Similem hujus vocis usum desidero. In Eurip. Ion. 780. aliter ponitur *ἐκτελῆ νεανίαν adultum juvenem.* Sed ibi legendum puto *ἐντελῆ.*

224. Χοαί. *Libamina.* Vid. infra ad v. 615.

225. Φθιτοί. *Mortui. φθαρτοί, θνητοί, νεκροί,* Hesych. qui

sæpius dicuntur φθιμένοι. Infra 529. γῇ τε καὶ φθιτοῖς δωρήματα. Eurip. Hippol. 1437. ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾶν. Alc. 100. χέρνιβ' ἐπὶ φθιτῶν πύλαις. Suppl. 89. τὰ γὰρ φθιτῶν τοῖς ὁρῶσι κόσμος. Nescio an hac voce usus sit Sophocles.

Ibid. Πρευμενής. *Mitis.* Compositum a veteri adjectivo πρεῦς, quod postea scribebatur πρηΰς, (vid. supra 195.) et μένος. Etymol. M. p. 687, 1. Πρευμενής, ἀπὸ τοῦ πραὺ μένος ἔχειν· ἢ ἀπὸ τοῦ πρᾶος καὶ εὐμενής. Λυκόφρων. (1055.) Hesych. Πραϋμενῶς, προθύμως. (l. πραοθύμως) πραῷ τῷ μένει χρωμένος. Agam. 841. 1652. Sæpius apud Euripidem occurrit.

226. Εὐφρόνη. *Nox.* Vid. supra 185.

228. Μαυρόω. *Evanidum reddo.* Vid. Gloss. ad Theb. 47. Hesiod. Ἔργ. 323. Ῥεῖά τε μιν μαυροῦσι θεοί. Pollux V. 150. γράμματα—ἀμαυρά, ἐξιτηλά. Idem fere valent ἀμαυρὸς et ἀμυδρός. Vid. Foes. Œconom. in voce. Etymologia vero, de qua ne per somnium quidem Grammatici, hæc est: ἀμᾷν est *manu radere* (puta *arenam*) *et adæquare*, ab ἄμα—hinc ἀμαυρὸν est *quidquid cum solo æquatur.* Ex eadem familia sunt ἄμαθος, *arena*, et ἀμαθύνω, *evanidum reddo*, ceu literas in arena scriptas, item ἀμαλὸν *planus*, et ἀμαλδύνω *planum reddo*, omnia forsan cum spiritu aspero scribenda.

229. Θυμόμαντις. *Qui vaticinatur, quatenus id prudentia et judicio fieri potest.* ὁ διὰ τοῦ συλλογίζεσθαι προγινώσκων τὸ μέλλον. Phot. συνετῶς προορῶν τὰ ἀποβησόμενα. Hesych. Optime Schol. οὐ φύσει μάντις ὤν, ἀλλ' ἀπὸ λογισμοῦ κρίνων. Odyss. A. 220. αὖταρ νῦν τοι ἐγὼ μαντεύσομαι, ὡς ἐνὶ θυμῷ Ἀθάνατοι βάλλουσι, καὶ ὡς τελέεσθαι ὀΡίω, Οὔτέ τι μάντις ἐών, οὔτ' οἰωνῶν σάφα Ϝειδώς. Sophocl. Œd. T. 397. Œdipus de Sphingis ænigmate, ἔπαυσά νιν, Γνώμῃ κυρήσας, οὐ δ' ἀπ' οἰωνῶν μαθών. Nemini non succurret Euripideum, Μάντις δ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς, sic a Cicerone de Div. II. 5. conversum, *Bene qui conjiciet vatem perhibebo optimum.* Apposite Theocrit. XXI. 32. a Scaligero emendatus, Ὅς γὰρ ἂν εἰκάξῃ κατὰ τὸν νόον, οὗτος ἄριστος Ἔστιν ὀνειροκρίτας. Eurip.

Helen. 763. Γνώμη δ' ἀρίστη μάντις, ἥ τ' εὐβουλία. Hunc locum illustrat Moschus IV. 122. Τοῖα, φίλη, μοι ὄνειρα διὰ φρένας ἐπτοίησαν Παννυχίῃ· τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο Οἴκου ἀφ' ἡμετέροιο· γένοιτο δὲ μάντις ἐκείνῳ Θυμός ἐμός, μηδ' ἄλλο παρεκτελέσειέ τι δαίμων. Ceterum ex his locis, et Sophocl. Œd. T. 708. satis liquet quænam fuerit tragicorum de divinatione sententia.

230. **Κρίνω.** *Conjecto.*

231. **Κριτής.** *Conjector.* sc. ὀνειροκρίτης. Choeph. 35. Κρίται ὀνειράτων. Infra 526. Ὑμεῖς δε φαύλως ταῦτ' ἄγαν ἐκρίνατε. Eurip. Hecub. 89. ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους. Vid. Theophrasti locum supra citatum ad v. 207. ὀνειρόμαντις Choeph. 35. Idem ac τεράτων καὶ ἐννυπνίων ἐξηγητὴς apud Pausan. V. p. 438. et ὀνειροπόλος apud Herodot. I. 107. V. 56. Habemus Artemidori Ὀνειροκριτικά.

232. **Κυρόω.** *Ratum facio.* Vid. Glossar. ad Prometh. 70. Eurip. Electr. 1069. τῆς θυγατρὸς πρὶν κεκυρῶσθαι σφαγάς. Vid. infra 527.

237. **Δυσμαί.** *Occasus.* Pluralem tantum usurpabant veteres. Soph. Œd. Col. 1245. αἱ μὲν ἀπ' ἀελίου δυσμᾶν, Αἱ δ' ἀνατέλλοντος. Aristot. Poet. 21. καὶ τὸ γῆρας, ἑσπέραν βίου, ἤ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, δυσμὰς βίου. Plato Legg. p. 867. ἡμεῖς δ' ἐν δυσμαῖς τοῦ βίου. Juncus ap. Stob. p. 585, 42. τὸν δὲ πρεσβυτὴν ἐν δυσμαῖς ὄντα τοῦ βίου. Ælian. V. H. II. 34. πάντες γὰρ οἱ συνελθόντες κατά τινα δαίμονα ἐπὶ δυσμαῖς ἐσμέν. Hegesander apud Athenæum XIII. p. 592. B. ἐπὶ δυσμαῖς ὢν τοῦ βίου. Vid. ad Hesych. v. Δυσμαῖς βίου. (Obiter moneo, hinc explicandum esse nomen ἑσπέρου θεοῦ Plutoni datum, Sophocl. Œd. T. 175.) Xenoph. Anab. VIII. iii. 34. ὡς δ' ἦν ἥλιος ἐπὶ δυσμαῖς. Herodot. III. 104. ἥλιος ἐπὶ δυσμῇσι ἐών. Callimach. Cerer. 10. ἔς τ' ἐπὶ δυθμὰς Ἔς τ' ἐπὶ τὼς μέλανας. Plato Phæd. 5. μέχρις ἡλίου δυσμῶν. ibid. 68. ἦν ἐγγὺς ἡλίου δυσμῶν. Polyb. II. 14. πρὸς μεσημβρίαν τε καὶ δυσμάς. Schol. Theocr. X. 5. δείλη δὲ ὀψία, ὅτε πρὸς δυσμὰς κατέρχεται. Vocem sæpius usurpant Novi Fœderis scriptores, et semper in plurali. Errat igitur Pollux

IV. 157. recensens quasi synonyma, *δύσις, δυσμή, ἑσπέρα.* Contra *δύσις* in singulari semper ponebatur.

Ibid. * *Φθίνασμα. Decrementum.* *Φθίνειν* verbum est proprie de temporum conversionibus usurpatum. Anglice, *to wane.* Infra 383. *Ἐπεὶ δὲ φέγγος ἡλίου κατέφθιτο.* Sophocl. Trachin. 547. *Ὁρῶ γὰρ ἤβην τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω, Τὴν δὲ φθίνουσαν.* Luna, et a Luna mensis dicebatur *φθίνειν,* unde et *φθινὰς ἀμέρα,* Eurip. Heracl. 779. Sic etiam *ὀπώρα* dicebatur *φθίνειν,* unde *φθινόπωρον.*

238. *Θηράω. Venatu capio.* Totam vim hujus vocis vix assecuti sunt interpretes. Proprio verbi sensu Persæ dicuntur urbes *θηρᾶσαι,* qui, ut tradit Herodot. VI. 31. *σαγηνεύουσι τοὺς ἀνθρώπους τόνδε τὸν τρόπον. ἀνὴρ ἀνδρὸς ἀψάμενος τῆς χειρός, ἐκ θαλάσσης τῆς βορηΐης ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι, καὶ ἔπειτα διὰ πάσης τῆς νήσου διέρχονται ἐκθηρεύοντες τοὺς ἀνθρώπους.*

240. * *Ἀνδροπληθία. Hominum copia.* *πλῆθος ἀνδρῶν* Suidas. Sic *γυναικοπληθὴς ὅμιλος* v. 127.

242. *Ἐξαρκής. Sufficiens.* Sophocl. Trachin. 333. *ὡς σύ γ' οἷ θέλεις Σπεύδῃς, ἐγὼ δὲ τἄνδον ἐξαρκῆ τιθῶ.* Dein quod subjicitur *δόμοις,* minime otiosum est. Sic enim loqui solebant veteres. Eurip. Hecub. 26. *καὶ κτανών, ἐς οἶδμ' ἁλὸς Μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.* ibid. 627. Med. 542. *Εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις.* Herc. F. 645. *Μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος Τυραννίδος ὄλβος εἴη, Μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη.* Theocrit. XVII. 106. Æschines Socrat. II. 7. Sic Horat. Carm. II. xii. 21. *Plenas aut Arabum domos.* IV. xii. 24. *Plena dives ut in domo.* Juven. VIII. 100. *Plena domus tunc omnis, et ingens stabat acervus Nummorum.*

243. *Πηγή. Fons. ἐν Θορίκῳ γὰρ καὶ ἐν Λαυρίῳ μέταλλα ἀργύρου τυγχάνουσι.* Schol. De Thorico vid. Meurs. Reliq. Attic. V. Thucyd. II. 55. *οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἐπειδὴ ἕτεμον τὸ πεδίον, παρῆλθον ἐς τὴν Πάραλον γῆν καλουμένην, μέχρι Λαυρίου, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίοις.* ubi vid. Gottleber.

244. Τοξουλκὸς αἰχμή. *Cuspis*, seu *Sagitta, arcum tendens.* Hoc est accuratius quam *cuspis arcu tracta*, uti vertit Stanleius. Verum vidit Schutzius, citans τοξουλκὸν λῆμα v. 55.

Ibid. Πρέπω. *Conspicuus sum.* Infra 252. Choeph. 8. τίς ποθ' ἥδ' ὁμήγυρις Στείχει γυναικῶν, φάρεσιν μελαγχίμοις Πρέπουσα. Agam. 30. εἴπερ Ἰλίου πόλις Ἑάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει. ibid. 1224. Χεῖρας κρεῶν πλήθουντες οἰκείων βορᾶς—Πρέπουσ' —1313. Ὅμοιος ἀτμός, ὥσπερ ἐκ τάφου, πρέπει. Suppl. 714. Πρέπουσι δ' ἄνδρες νάϊοι μελαγχίμοις Γνίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν. Vid. Musgrav. ad Eurip. Suppl. 1059. Brunck. ad Sophocl. Electr. 664.

245. Σταδαῖος. *Statarius.* Schutzius explicat ἔγχη σταδαῖα per *hastas erectas*, quæ solent in terram defigi. Haud male. Rectius tamen puto, *hastæ ad pugnam statariam aptæ.* Hoc enim innuit poeta, *Athenienses non velitantur sagittis, sed telis cominus et pugna stabili* (Liv. XXXI. 35.) *decertant.* Scholiasta, ἔγχη σταδαῖα, ἤτοι ξίφη σταδαῖα, δι' ὧν συστάδην καὶ ἐχεγγύως καὶ πλησίον μάχονται· τοὺς γὰρ ἐκ διαστήματος μάχοντας καταντέλιζον. Persis arma erant τόξα καὶ αἰχμὴ βραχέα, teste Herodoto V. 49.

Ibid. Σαγή. *Totius corporis armatura.* Vid. Glossar. in Theb. 121. 387. φερασπίδες σαγαί, *armaturæ quarum scutum pars erat.*

246. Ποιμάνωρ. *Dux.* Vid. supra 76.

247. Κέκλημαι. *Vocor.* i. e. *Sum.* Vid. Monk. ad Eurip. Hippol. 2.

248. Ἐπηλύς. *Advena.* Vid. Glossar. in Theb. 34.

251. Νημερτής. *Verus.* ἀναμαρτής. Hesych. ubi vid. interpp. Etym. M. p. 603, 46. Fusius de hujusmodi vocibus disserui in Glossar. in Prometh. 248. ed. sec.

252. Πρέπω. Supra 244. ubi similis constructio citatur ex

Suppl. 714. Eurip. Suppl. 1066. *πρέπεις ὁρᾷν.* Sophocl. Electr. 664. *πρέπει γὰρ ὡς τύραννος εἰσορᾷν.*

253. Πρᾶγος. Vid. Glossar. in Theb. 2.

255. Λιμήν. *Portus.* Eurip. Orest. 1075. Abreschio laudatus, Καὶ δῶμα πατρὸς καὶ μέγας πλούτου λιμήν. De aliis hujus vocis usibus Agam. ad Suppl. 467.

257. Ἄνθος. *Flos.* Vid. nott. ad Prometh. 428.

259. Ἀναπτύσσω. *Explico.* Infra 299. *πᾶν ἀναπτύξας πάθος.* Sophocl. Electr. 638. *οὐ γὰρ ἐν φίλοις Ὅ μῦθος, οὐδὲ πᾶν ἀναπτύξαι πρέπει Πρὸς φῶς.* Eurip. Troad. 657. *Πρὸς τὸν παρόντα πόσιν ἀναπτύξω φρένα.*

261. *Ἄνιος. *Miserabilis.* idem quod *ἀνιαρός*, si lectio est sincera. Infra 1056.

Ibid. Νεόκοτος. *Novus.* Explicui ad Theb. 804.

262. Δάϊος. *Miserabilis.* Vid. Glossar. in Prometh. 360. Infra 287.

263. Διαίνομαι. *Madefio.* Hesych. *Διαίνεται. βρέχεται, ὑγραίνεται. διαχεῖται.* Pro *διαχεῖται* legendum forsan *δακρυχέεται.* Infra 1039. *Δίαινε δίαινε πῆμα.* 1048. *Διαίνομαι γόεδνος ὤν.* 1065. Etymol. M. p. 266, pen. *Διαίνω τὸ βρέχω, τὸ ὑγραίνω. Ὅμηρος.* (Iliad. Φ. 202.) *δίαινε δέ μιν μέλαν ὕδωρ. κυρίως τὸ ἐκ Διὸς βρέχεσθαι.* Fluxit ab antiquo verbo *δίω*, unde *διερός.* Occurrit etiam Iliad. N. 30.

265. Διαπεπραγμένος. *Pessumdatus.* *Διαπέπραγμαι. Actum est de me.* In hoc sensu præteritum tantum ponitur. Infra 523. *Οἳ ἐγὼ τάλαινα διαπεπραγμένου στρατοῦ.* Choeph. 868. *διαπεπραγμένῳ interfecto.* ibid. 1006. *στυγερῷ θανάτῳ διεπράχθης.* Eurip. Helen. 864. *Μένελαε, διαπεπράγμεθ'.* Sophocl. Trach. 786.

Τοῦ μὲν νοσοῦντος, τοῦ δὲ διαπεπραγμένου. Hæc citavit Abresch. Eodem sensu apud Eurip. Ion. 353. Simpliciter ponitur pro *peractus* in Choeph. 737. Eurip. Helen. 1193.

266. Νόστιμον φάος. *Dies in qua redux sum.* Idem quod Homericum νόστιμον ἦμαρ. quod observavit Schutz. Optime notavit J. F. Gronovius Obs. I. 2. p. 24. ἦμαρ in hujusmodi locutionibus accipi pro conditione ac fortuna quam dies imponit. Eurip. Hecub. 55. ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων Δούλειον ἦμαρ εἶδες. Cf. Phœn. 550. Sophocl. Trach. 654. Homer. Il. Z. 463. X. 490. Androm. 99. Troad. 1331. Dixit Æschylus νόστιμον σωτηρίαν Agam. 1240. Vid. Hemsterh. ad Callim. H. Del. 128.

274. Παμμιγής. Vid. supra 53.

277. Πλήθω. *Plenus sum.* Infra 426. Rarior hic sensus, qui plerumque exprimitur per πληθύω. Choeph. 1224. Χεῖρας κρεῶν πλήθοντες οἰκείας βορᾶς. Usus hic paullo vetustior videtur. Homer. Iliad. Σ. 484. Ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν. Od. Λ. 418. τραπέζας τε πληθούσας. Dicebant περὶ ἀγορὰν πλήθουσαν. Vid. Duker. ad Thucyd. VIII. 92. Xen. Anab. I. viii. 1. Pherecrates in Lex. Seguier. p. 330. πρὶν ἀγορὰν πεπληθέναι.

426. **Πλήθω.** Supra 277. Dein *φόνου βροτῶν* ponitur pro *βροτῶν φονευθέντων*. Hunc locum contulit Valckenaerius cum Herodot. VIII. 12. *Οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς Ἀφέτας, καὶ περί τε τὰς πρώρας τῶν νεῶν εἱλέοντο, καὶ ἐτάρασσον τοὺς τάρσους τῶν κωπέων.* Thucyd. I. 54. *Κορίνθιοι δὲ μέν, κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ μέχρι νυκτός, ὥστε καὶ ναυάγια πλεῖστα καὶ νεκροὺς προσκομίσασθαι.* Homer. Od. M. 67. *Ἀλλά θ' ὁμοῦ πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν Κύμαθ' ἁλὸς φορέουσι.* Nostri Agam. 661. *Ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν, ναυτικῶν τ' ἐρειπίων.* Ceterum de constructione *θάλασσα οὐκ ἔτ' ἦν ἰδεῖν* consulas Abresch. Diluc. Thucyd. p. 725.

427. **Χοιράς.** *Scopulus.* Plerique interpretantur *rupis sub undis latens.* Hesych. *Χοιράδες. αἱ* [ἀλὶ] *ἐγκείμεναι πέτραι.* Pindar. Pyth. X. 81. *ταχὺ δ' ἄγκυραν ἔρεισον χθονί, Πρώραθε, χοιράδος ἅλκαρ πέτρας.* ubi Schol. *Χοιράδες—αἱ ὕφαλοι πέτραι.* Archiloch. ap. Schol. Nicand. fol. 34. ed. Ald. *ἀμυδρὰν χοιράδ'* [ἐξ]*αλενάμενος.* Theognis 589. *οἵ με φίλοι προδιδοῦσιν, ἐπεὶ τόν γ' ἐχθρὸν ἀλεῦμαι, Ὥστε κυβερνήτης χοιράδας εἰναλίας.* Sed hic sensus minime congruit cum Æschyli loco. Eumen. 9. *λιπὼν δὲ λίμνην, Δηλίαν τε χοιράδα.* Eurip. Troad. 90. *ἀκταὶ δὲ Μυκόνου Δήλιαί τε χοιράδες.* Theocritus *χοιράδας* vocat *scopulos fixos.* XIII. *Ἄτις Κυανεᾶν οὐχ ἥψατο συνδρομάδων ναῦς, Ἀλλὰ διεξάϊξε, βαθὺν δ' εἰσέδραμε Φᾶσιν, Αἰετὸς ὥς, μέγα λαῖτμα· ἀφ' ὧ τότε χοιράδες ἔσταν.* Sic autem dicti fuisse videntur, quia ex undis eminebant in modum tergi porcini. Apud nos Anglos etiam in comitatu Surreiensi collis cujusdam dorsum audit *the Hog's Back.* Quin et Latinorum *porca* ex hac similitudine ducta videatur; de qua voce plane inepta sunt quæ comminiscitur Varro. Virgil. Æn. I. 110. *dorsum immane mari summo.*

430. **Θύννος.** *Thynnus.* Piscis, cujus sæpissime apud scriptores Atticos mentio fit. Athenæus VII. p. 303. C. *μνημονεύει δὲ τοῦ*

θύννου καὶ Αἰσχύλος, λέγων, Σφύρας δέχεσθαι κἀπιχαλκεύει λέγων Μύδρους, ὃς ἀστενακτί, θύννος ὡς ηὔχετο Ἄνανδος, ubi Toupius, ἠμύχετο satis bene ad sensum corrigens, non modo veterem metri corruptelam intactam relinquit, sed et novam introducit; quippe ἀμύχεσθαι, si ullibi exstaret, secundam corriperet: sed vox non nauci est; verbum quod solum usurpatur est ἀμύσσω. Atqui secundum illud λέγων sine dubio ejiciendum est; quo facto, locum sic constitueris; Σφύρας δέχεσθαι, κἀπιχαλκεύειν μύδρους, Ὃς ἀστενακτί, θύννος ὥς, ἠμύσσετο, Ἄνανδος. Thynnus enim, teste Æliano, os suum ultro lacerandum præbet. Pergit vero Athenæus—καὶ ἀλλαχοῦ οὕτως. —ὄμμα παραβαλὼν θύννου δίκην. ὡς τοῦ θύννου τῷ σκαιῷ ὀφθαλμῷ οὐ βλέποντος, ὡς Ἀριστοτέλης εἴρηκεν. unde nos Schweighæuserus elegantissimo senario beavit, Οὕτος καὶ ὄμμα παραβαλὼν θύννου δίκην. Versus integer citatur ab Æliano N. A. IX. 42. Plutarch. p. 1083. Schol. Oppian. Hal. IV. 525. Τὸ σκαιὸν ὄμμα παραβαλών, θύννου δίκην. Iterum Noster apud Plutarch. in Lucull. p. 899. Θύννος βολαῖος πέλαγος ὡς διεστρόβει. Ex his locis mihi persuasum est Æschylum oblectamenti caussa thynnos venatum ivisse; quod piscandi genus hunc in modum fiebat. Ascendebat quidam vel in altum promontorium, vel in malum litore infixum, unde thynnorum gregem specularetur, quo viso, signum piscatoribus dabat, qui retibus totum gregem includebant. Rem fuse describit Philostratus in Icon. I. 13. inter alia hæc notans,—ἀρίστη ἡ θήρα. σκοπιωρεῖται γάρ τις ἀφ' ὑψηλοῦ ξύλου, ταχὺς μὲν ἀριθμῆσαι, τὴν δὲ ὄψιν ἱκανός. Aristoph. Equit. 313. Κἀπὸ τῶν πετρῶν ἄνωθεν τοὺς πόρους θυννοσκοπεῖν. ubi vid. Schol. Theocrit. III. 25. Τὰν βαίταν ἀποδὺς ἐς κύματα τῆνα ἁλεῦμαι, Ὥπερ τῶς θύννως σκοπιάσδεται Ὄλπις ὁ γριπεύς. Oppian. Hal. III. fin. Ἔνθ' ἤτοι πρῶτον μὲν ἐπ' ὄρθιον ὕψι κολωνὸν Ἴδρις ἐπεμβαίνει θυννοσκόπος, ὅστε κιούσας Παντοίας ἀγέλας τεκμαίρεται, αἵ τε καὶ ὅσσαι, Πιφαύσκει δ' ἑταροῖσιν. Varro apud Nonium Marc. v. *Cetarii. Non animadvertentes Cetarios, quum videre volunt in mari thunnos, adscendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces.* Michael Monachus Nossaites ap. Suid. v. Θρασύμαχος. Τὰ νῦν δὲ θυννοσκοποῦσιν οἱ τῇδε, καὶ λίνοις καὶ ὁρμιαῖς προσανέχουσι. Voces θύννων ἥ τιν' ἰχθύων βόλον illustrat vaticinium ap. Herodot. I. 62. Ἐρρίπται δ' ὁ βόλος· τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασται. Θύννοι δ' οἰμήσουσι

σελη̃ναίης διὰ νυκτός. Æschylum autem rei piscatoriæ operam dedisse, etiam ex eo colligere licet, quod sæpissime ex retibus metaphoras ducit. Agam. 1384. Ἄπειρον ἀμφίβλησtρον, ὥσπερ ἰχθύων Περιστιχίζω. ibid. 362. μέγα δουλείας Γάγγαμον ἄτης παναλώτου. Prometh. 1114. ἀπέραντον Δίκτυον ἄτης. In Theb. 123. Neptuni fuscina vocatur ἰχθυβόλος μαχανά. Piscium mentio injicitur infra 583. Quin et fabulam condidit Æschylus, cujus titulus fuit Δικτυοῦλκοι.

Ibid. Βόλος. *Jactus. Quantum piscium uno retis jactu includitur.* Etymol. M. p. 205, 26. Βόλος ὑπὸ Κρητῶν καὶ ἡ διὰ σαγήνης ἄγρα. Sæpius pro ipso rete usurpatur, ut in Eurip. Bacch. 846. Electr. 582. Incertus in Antholog. VI. p. 548. Καὶ φελλὸν κρυφίων σῆμα λαβόντα βόλων.

431. Ἀγή. *Fractura.* Hic vero pro *Fragmento* ponitur. Hesych. Ἀγαί—τρώματα, τραύματα. Lexic. Sangerm. p. 336. ed. Bekker. Ἀγαί. οἱ τραγικοὶ τὰς τρώσεις. Eurip. Suppl. 693. ab Abreschio collatus, Πρὸς ἁρμάτων τ' ἀγαῖσι λειπόντων βίον. Virgil. Æn. V. 209. *fractosque legunt in gurgite remos.* Hor. Epod. X. 5. *Niger rudentes Eurus inverso mari, Fractosque remos differat.*

Ibid. * Θραῦσμα. *Fragmentum.* Alibi apud poetas haud reperi.

Ibid. Ἐρείπιον. *Rudera.* Proprie quidquid collapsum est. ἐρείπια σημαίνει τοὺς πεπτωκότας τόπους (forsan δόμους). Etym. M. p. 372, 28. Recte Scholiasta, ἐρείπια, κυρίως τὰ παραπτώματα τῶν οἴκων λέγεται. Plura vide in Glossar. ad Theb. 880. Sophocl. Ajac. 308. ἐν δ' ἐρειπίοις Νεκρῶν ἐρεισθεὶς ἕζετ' ἀρνείου φόνου. Eur. Bacch. 7. δόμων ἐρείπια Τυφόμενα. Troad. 1025. ἐν πέπλων ἐρειπίοις. Helen. 1086. ναυτικῶν ἐρειπίων. Verte autem θραύσμασιν ἐρειπίων, *fragmentis navium collapsarum.*

432. Ῥαχίζω. *Scindo.* Proprie vero *per spinam disseco.* Photius, Ῥαχίζων. διακόπτων. Sophocl. Ajac. 55. Ἔνθ' εἰσπεσὼν

ἔκειρε πολύκερων φόνον, Κύκλῳ ῥαχίζων. ubi Schol. σφάζων καὶ διακόπτων. διὰ τὸ τὴν πρώτην καὶ μεγάλην διακοπὴν κατὰ ῥάχιν γενέσθαι. vid. ibi Lobeck. ibid. 298. τοὺς δ' ἄνω τρέπων Ἔσφαζε κἀῤῥάχιζε. Ægei fragm. apud Polluc. X. 36. 160. Κέστρᾳ σιδηρᾷ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν Ἔλαύνε παίων. Incert. Rhes. 514. ἐμπείρας ῥάχιν. Noster Eumen. 190. Ὑπὸ ῥάχιν παγέντες.

Ibid. Οἰμωγή. *Ejulatus.* Vid. ad Theb. 8.

Ibid. Ὁμοῦ. *Simul.* Minus recte Stanleius *una cum*, quo sensu rarissime ponitur, et nusquam, credo, apud poetas scenicos. Apollon. Rhod. II. 120. ὁμοῦ δέ οἱ ἐσσεύοντο Αἰακίδαι. ubi Schol. τὸ ὁμοῦ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀθροίσματος τιθέασι καὶ ἐπὶ τοῦ ἐγγύς, ὡς Ἀθηναῖοι εἰώθασι χρῆσθαι. Μένανδρός. Ὁμοῦ δὲ τῷ τίκτειν παρεγένεθ' ἡ κόρη. unde corrigendi Harpocratio et Photius. Cf. Schol. Platon. p. 10. Verte autem, *Lamentatio autem mare ejulatibus complevit.*

433. Κατέχω. *Distineo.* Herodot. I. 101. οἶκος μὲν πᾶς Ἀρπάγου κλαυθμῷ κατείχετο.

434. Ἕως. *Donec.* Quo sensu cum aoristo construitur. Infra 470. Ἕως ἁπάντων ἐξαπέφθειραν βίον. Eurip. Alc. 758. Ἕως ἐθέρμην' αὐτὸν ἀμφιβᾶσα φλόξ. Iph. Taur. 972. Ἕως ἐς ἀγνὸν ἦλθον αὖ Φοίβου πέδον. Interdum, sed rarius, cum optativo aoristi construitur; Plato Phæd. 3. περιεμένομεν ἑκάστοτε ἕως ἀνοιχθείη τὸ δεσμωτήριον, *dum aperiretur.* Cum vero significat *dum, quamdiu*, sequitur præsens vel imperfectum. Infra 716. Ὅς θ' ἕως ἔλευσσες αὐγὰς ἡλίου. Choeph. 1024. Ἕως ἔτ' ἔμφρων εἰμί. Sophocl. Trachin. 601. Ἕως σὺ ταῖς ἔσωθεν ἡγόρω ξέναις. Electr. 951. ἕως μὲν τὸν κασιγνήτου βίον Θάλλοντ' ἔτ' εἰσήκουον. Eurip. Hecub. 16. ἕως γῆς ὅρθ' ἕκειθ' ὁρίσματα. Orest. 232. Ἕως ἐῶσί σ' εὖ φρονεῖν Ἐρινύες. Helen. 60. ἕως φῶς ἡλίου τόδ' ἔβλεπεν. Sotio Athenæi VIII. p. 336. F. Χαίρωμεν, ἕως ἔνεστι τὴν ψυχὴν τρέφειν. Vid. ad Agam. 1408.

436. * Στιχηγόρεω. *Ordine narro.* κατὰ τάξιν λέγω. Schol. στιχομυθεῖν vero erat *singulis versibus contendere.* Pollux IV. 113.

Στιχομυθεῖν δὲ ἔλεγον, τὸ παρ' ἓν ἰαμβεῖον ἀντιλέγειν, καὶ τὸ πρᾶγμα, στιχομυθίαν. Pro quo male Photius et Hesychius στοιχομυθεῖν. Locus vero ex Homero adumbratus. Odyss. Γ. 114. ἄλλα τε πόλλ' ἐπὶ τοῖς πάθομεν κακά· τίς κεν ἐκεῖνα Πάντα γε μυθήσαιτο καταθνητῶν ἀνθρώπων; Οὐδ' εἰ πεντάετές γε καὶ ἑξάετες παραμίμνων Ἐξερέοις, ὅσα κεῖθι πάθον κακὰ δῖοι Ἀχαιοί. Λ. 327. πάσας δ' οὔ κεν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω, Ὅσσας ἠρώων ἀλόχους Γίδον, ἠδὲ θύγατρας· Πρὶν γάρ κεν καὶ νὺξ φθεῖτ' ἄμβροτος. Demosth. de Coron. 91. ἐπιλείψει με λέγοντα ἡ ἡμέρα τὰ τῶν προδοτῶν ὀνόματα. Dionys. Hal. de Comp. Verb. IV. 41. ὧν ἁπάντων τὰ ὀνόματα εἰ βουλοίμην λέγειν, ἐπιλείψει με ὁ τῆς ἡμέρας χρόνος. ubi vid. Upton. et Schaefer. Cicer. N. D. III. 32. *dies deficiat, si velim numerare, quibus bonis male evenerit.* Sic Isocrates junior ad Demonic. p. 7. ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καταριθμησαίμεθα. Vid. Schleusner. Lex. N. F. v. Ἐπιλείπω. Cf. Virgil. Æn. I. 378.

438. * Τοσουτάριθμος. *Tanto numero constans.*

439. Ἐῤῥωγα. *Dissilui. Prorupi.* Præteritum medium a ῥώσσω, *findo*, verbo inusitato. Grammatici a ῥήσσω ducunt; cujus forma Ionica erat ῥώσσω, sicuti πτώσσω dicebant pro πτήσσω. Etymol. M. p. 130, 54. Ῥώσσω, τὸ σχίζω. τὸ μέλλον ῥώξω. ἀποβολῇ τοῦ ῶ, ῥώξ, ἀπόῤῥηγμα, ἀπόσπασμα. Hesych. Ἐῤῥώγασιν. ἐσχίσθησαν. Ἐῤῥωγότες. διεσκορπισμένοι, διεστῶτες. Sed utraque glossa perperam Hesychio adsuitur. Ab eadem stirpe sunt ῥωγάλεος et ῥωγμός. Iliad. Ψ. 420. Ῥωχμὸς ἔην γαίης, ᾗ χειμέριον ἀλὲν ὕδωρ Ἐξέῤῥηξεν ὀδοῖο, βάθυνε δὲ χῶρον ἅπαντα. ubi Schol. Venet. ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ζ, διὰ τοῦ γ φησὶ ῥωγμός. ῥωγμὸς δέ ἐστι τόπος κεχαραγμένος ὑπὸ ὀμβρίου ὕδατος. Recte Herodianus: Bion apud Stob. 29. Ἐκ θαμινᾶς ῥαθάμιγγος, ὅκως λόγος, αἰὲν ἰοῖσας Κἀ λίθος ἐς ῥωγμὸν κοιλαίνεται. ubi male Wakefieldius ῥωχμόν. Sophocl. Œd. T. 1280. Τάδ' ἐκ δυοῖν ἔῤῥωγεν, οὐχ ἑνὸς μόνου. Trachin. 854. Ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων. Eurip. Hippol. 1388. Μάλιστα μὲν νῦν σοι τάδ' ἔῤῥωγεν κακά. ubi vid. Valckenaerium, qui vocem a ῥήσσω deducit.

443. Ἀντισηκόω. *Ex æquo librari.* Suid. Ἀντισηκοῦντα.

ἐξισάζοντα, ζυγοστατοῦντα. Hesych. Σηκωτήρ. ὁ ἀναφορεὺς τοῦ ζυγοῦ. Eurip. Hecub. 57. ἀντισηκώσας δέ σε Φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας. Herodot. IV. 50. ἀντιτιθέμενα δὲ ταῦτα, ἀντισήκωσις γίνεται, ὥστε ἴσον μιν αἰεὶ φαίνεσθαι ἐόντα. Lucian. Tragœdop. III. p. 658. τῇ δὲ σῇ προθυμίᾳ Ἴσαισι τιμαῖς ἀντισηκώσω χάριν. Hæc contulit Lennep. ad Phalar. p. 187. "Eleganter eo verbo utitur Hippocrates, et figurate pro reficere, et cibum deperditum reponere ac rependere p. 60, 31.—τὸν μὲν οὖν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσαντα, ξυμφέρει ταύτην τὴν ἡμέραν ἀντισηκῶσαι." Foesius, Œconom. Hippocr. in voce. Vid. Scaliger. Conj. in Varr. p. 193.

Ibid. Ῥοπή. Vid. supra 352.

446. Μάσσων. *Major.* Infra 714. Non Dorice pro μείζων, quod dixi ad Prometh. 440. Vetus forma comparativorum ἐλάσσων, θάσσων, ἄσσων notissima est. βράσσων pro βραδίων Iliad. K. 226. γλύσσων a γλυκὺς Aristophanes apud Etymol. M. p. 235. βάσσων a βαθὺς Epicharmus ibid. p. 191. πάσσων a παχύς Callimach. Fr. CCCXLIX. Mihi compertum est μάασσων ab antiquo adjectivo μακὺς profluxisse, cujus etiam gradus superlativus μάκιστος exstat: ut enim βάθος et βαθύς, τάχος et ταχύς, γλεῦκος et γλυκύς, sic etiam μᾶκος vel μῆκος et μακύς aliquando in usu fuere, quorum illud etiamnum reperitur. A μᾶκος formatum est μακερός, quod contracte efferebant μακρός; ut a μεῖκος, μεικερός, μεικρός: per diphthongum enim has voces olim elatas fuisse constat ex comparativo μείων. Sed hæc, de quibus Grammatici οὐδ' ὄναρ, nihil ad Æschylum. Id tantum volui demonstrare, μείζων et μάσσων nihil commune habere.

449. Ἐν πρώτοις. *Præcipui.* Herodot. VIII. 69. οἱ δὲ ἀγαιόμενοί τε καὶ φθονέοντες αὐτῇ, ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένης.

453. Νῆσος. Schol. τὴν Ψυττάλειαν φησίν, ἥτις ἀπέχει τῆς Σαλαμῖνος ῥε σταδίους. lege ε σταδίους. Herodot. VIII. 95. Ἀριστείδης—παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτῶν, οἳ παρατετάχατο παρὰ τὴν ἀκτὴν τῆς Σαλαμινίης χώρης, γένος ἐόντες Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ψυττάλειαν νῆσον ἀπέβησε ἄγων, οἳ τοὺς Πέρσας τοὺς ἐν τῇ νησίδι ταύτῃ

κατεφόνευσαν πάντας, nempe ad quadringentos. Cf. VIII. 76. Pausan. I. 36. Stephan. Byz. Ψυττάλια. νῆσος περὶ Σαλαμῖνα. Lege, πρὸ Σαλαμῖνος. Alciphr. II. 3. τὴν γειτνιῶσαν Σαλαμίνα, τὴν Ψυτταλίαν. Nescio an alibi quicquid reperiatur de Panis in hanc insulam amore; quem frequentare eam ait Scholiasta, ἢ ὡς ἱερᾶς Πανὸς οὔσης τῆς νήσου, ἢ ὡς ἐρήμου. ἐρήμοις γὰρ τόποις οὗτος ὁ θεὸς ἐνδιατρίβειν εἰώθει. "Ita sane describitur Straboni IX. καὶ ἡ Ψυττάλεια νησίον ἔρημον καὶ πετρῶδες. Et hujusmodi locis gaudere dicitur Deus ille. Homerus Hymn. in eum v. 6.—ὃς πάντα λόφον νιφόεντα λέλογχε, Καὶ κορυφὰς ὀρέων, καὶ πετρήεντα κάρηνα. Unde ὑλοβάτος et φιλόδενδρος Theæteto appellatus." *Stanleius.* Notatu dignum est in priore bello Medico Pana suppetias Atheniensibus ivisse, eique simulacrum sub Acropoli structum fuisse: vid. Herodot. VI. 105. Simonidem in Anthol. IV. p. 476. Et hanc forte ob caussam in hoc loco Panis mentio injecta est.

454. **Φιλόχορος** quare Pan dicatur facile constat ex Epigr. Platoni adscripto, Αὐτὸς ἐπεὶ σύριγγι μελίσδεται εὐκελάδῳ Πάν, Ὑγρὸν ἰεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων. Αἱ δὲ πέριξ θαλεροῖσι χόρον ποσὶν ἐστήσαντο Ὑδριάδες νύμφαι, νύμφαι Ἀμαδρυάδες. *Stanleius.* Scolion ap. Athen. XV. p. 694. D. Ὦ Πάν, Ἀρκαδίας μέδων κλεεννᾶς, Ὀρχήστα, Βρομίαις ὀπαδὲ Νύμφαις. Panes, Fauni, Satyri sæpissime saltantes inducuntur. In Cratini versu mox citando vocem βαβάκτης Etymologus explicat per ὀρχήστης.

455. **Ἐμβατεύω.** *Frequento. Teneo.* Recte Hesych. Ἐμβατεῦσαι, τὸ κατέχειν καὶ καρποῦσθαι χωρίον. Eurip. Telepho ap. Dion. Halic. T. II. p. 59. ὅς τε πέτρον Ἀρκάδων Πὰν ἐμβατεύεις. Cratinus ap. Hephæst. p. 57. Χαῖρε, χρυσόκερως, βαβάκτα, κήλων Πάν, Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων. ubi Arnaldus confert Soph. Œd. Col. 679. ἵν' ὁ Βακχειώτας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει. Incert. Rhes. 223. Λυκίας ναὸν ἐμβατεύων Ἄπολλον.

457. **Φθείρομαι.** in hoc loco significare *Vagor*, bene monuit Abreschius, citans Soph. Œd. T. 1515. Χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών. Hesych. Φθείρεται. πλανᾶται. Adjice Eurip. Iph. T.

277. ναυτίλους δ' ἐφθαρμένους Θάσσειν φάραγγ' ἔφασκε. Cycl. 299. Ἱκέτας δέχεσθαι ποντίους ἐφθαρμένους. Helen. 780. Πόντου 'πὶ νώτοις ἅλιον ἐφθείρου πλάνον. Electr. 234. Οὐχ ἕνα νομίζων φθείρεται πόλεως νόμον. Aristoph. Plut. 598. Ἀλλὰ φθείρου, καὶ μὴ γρύζῃς. ibid. 610. Τότε νοστήσεις, νῦν δὲ φθείρου, in utroque loco significat *apage, abi,* ut in Eurip. Androm. 713. Φθείρεσθε τῆσδε, δμῶες. Plura quærens adeat Bergler. ad Alciphr. I. xiii. p. 56. Arnald. Misc. Obs. IV. p. 451. Lennep. ad Phalarid. p. 351.

460. Ἱστορέω. *Scio.* Et sic in Eumen. 454. πατέρα δ' ἱστορεῖς καλῶς. Sed hic sensus vetustior est. ἱστορεῖν plerumque significat *sciscitari.* Est proprie *to inform one's self,* quæ phrasis utramque notionem amplectitur.

461. Ἔδωκε κῦδος. Locutio Homerica, Iliad. Θ. 215. εἶλεν δὲ θοῷ ἀτάλαντος Ἀρηϊ Ἕκτωρ Πριαμίδης, ὅτε Ϝοι Ζεὺς κῦδος ἔδωκε.

462. Αὐθήμερον. *Ea ipsa die.* Herodot. II. 122. Thucyd. IV. 128.

466. Ἀράσσω. *Pulso. Ferio.* Vid. Glossar. in Theb. 235. et exemplis adjice Eurip. Iph. T. 1308. Πύλας ἀράξας. Callim. H. Apoll. 3. Καὶ δή που τὰ θύρετρα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει. Anacreontic. 3. Τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει; De λιθοβολίᾳ, ut in hoc loco, Eurip. Iph. T. 327. Αὖθις τὸ νῦν ὑπεῖκον ἤρασσον πέτροις. et 310. πᾶς ἀνὴρ ἔσχεν πόνον, Βάλλων, ἀράσσων. In Phœniss. 1159. pugnatur πέτρων ἀραγμοῖς. Vid. infra 1055.

467. Θώμιγξ. *Chorda.* λεπτὸν σχοινίον. Hesych. Eumen. 181. μὴ καὶ λαβοῦσα πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν Χρυσηλάτου θώμιγγος ἐξορμώμενον.

Ibid. Ἰός. *Sagitta.* Hesych. Ἰοί, τὰ βέλη, ἀπὸ τοῦ ἰέναι· ἢ ἀπὸ τοῦ ἰοῦ· ἐχρίοντο γὰρ φαρμάκῳ τίνι αἱ ἀκίδες αὐτῶν. Eadem fere Etymologus p. 472, 49. Sensus primarius τοῦ Ἰὸς fuit *niger,* unde nigrum omne subinde sic dicebatur, quales erant *violæ, ferrum, toxicum.* (Soph. Trachin. 719. Ἰὸς αἵματος μέλας.) Homer. Il. Ψ.

850. Αὖταρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον. Schol. Venet. τίνες ἰόεντα τὸν μέλανα, ὡς—ἰοειδέα πόντον (Il. Λ. 298.) recte sine dubio. ἰὸς igitur dicebatur sagitta, quia ferro cuspidabatur.

468. Ῥόθος. *Impetus.* Proprie *Undarum appulsus,* seu *strepitus.* Vid. supra 373. Hesych. Ῥόθῳ. ὁρμῇ μετὰ ψόφου. Idem fere sonant ἐξ ἑνὸς ῥόθου et ἐξ ἑνὸς κελεύσματος, de qua locutione vid. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 430. Una voce dicere potuisset ὁμόῤῥοθοι.

469. Κρεοκοπέω. *Carnem seco.* Eurip. Cycl. 358. βρύκειν, κρεοκοπεῖν μέλη ξένων.

470. * Ἐξαποφθείρω. *Penitus excido.* Hoc compositum non memini me alibi offendisse.

471. Βάθος. *Profunditas.* "Metaphora," inquit Schutzius, "cum alias idonea, tum huic potissimum loco apta, *quod Xerxes ex alto prælium spectabat!*" Quis talia legendo temperet a risu? Cf. 718. νῦν τέ σε ζηλῶ θανόντα, πρὶν κακῶν ἰδεῖν βάθος. Græci, quum alicujus rei abundantia esset, seu rerum secundarum sive adversarum, sive annorum, hac metaphora utebantur. Dicebant igitur βάθος πλούτου, βαθὺς λειμών (vid. ad Prometh. 673.) βαθὺ γῆρας, βάθος κακῶν, βαθεῖα εἰρήνη.

472. Εὐαυγής. *A quo longe lateque prospici potest,* interprete Hemsterhusio, cujus egregiam observationem videas in ultima editione Supplicum Euripidis ad v. 662. Ἔστην θεατής, πύργον εὐαυγῆ λαβών. Hoc est quod Theognis vocat τηλαυγῆ σκοπίην, v. 550.

473. Ὄχθος. *Collis.* Infra 653. Schol. ὄχθον λέγει ὄρος τὸν Αἰγάλεων. "Mons iste in Cl. Wheleri tabula 7. mill. a mari distat: ibi consedisse ait Herodotus Xerxem; sub monte Æguleo nimirum, ὑπὸ τῷ οὔρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος τὸ καλέεται Αἰγάλεως, ut prœlium navale prospiceret.—Verum de loco parum convenit." Wass. ad Thucyd. II. 19. qui aliorum auctorum sententias commemorat; quas nihil opus est recensere, quum Herodotea unice vera sit. Vid. Lar-

cher. ad Herodot. VIII. 90. T. V. p. 501. Harpocrat. *Ἀργυρόπους δίφρος, ὁ Ξέρξου, ὃς αἰχμάλωτος ἐπεκαλεῖτο· ἐφ' οὗ καθεζόμενος ἐθεώρει τὴν ναυμαχίαν. ἀνέκειτο εἰς τὸν Παρθενῶνα τῆς Ἀθηνᾶς.* De monte Ægaleo vide Istrum ap. Schol. Sophocl. Œd. Col. 1060. De *δίφρῳ ἀργυρόποδι* Demosth. c. Timocr. I. p. 741. Reisk. *τὰ ἀριστεῖα τῆς πόλεως, ἃ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν βαρβάρων, ὑφῃρημένος τῆς ἀκροπόλεως τόν τε δίφρον τὸν ἀργυρόποδα, καὶ τὸν ἀκινάκην τὸν Μαρδονίου, ὃς ἦγε τριακοσίους δαρεικούς.*

478. **Ψεύδω.** *Frustro.* *ἔψευσας φρενῶν* idem significare videtur, quod *ἔψευσας ἐλπίδων.* Supra 397. *φόβος δὲ πᾶσι βαρβάροις παρὴν Γνώμης ἀποσφαλεῖσιν,* pro quo Eurip. Iph. A. 749. dixit *ἐλπίδος δ' ἀπεσφάλην.* Vel potest esse *mente ac prudentia orbasti,* ut Solon dicitur *θυμοῦ θ' ἁμαρτὼν καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς.* Vid. Glossar. ad Prometh. 481. ed. 2. Sed illam rationem præfero. Soph. Ajac. 1391. *καί μ' ἔψευσας ἐλπίδων πολύ.* De Atheniensium *τιμωρίᾳ* vide Herodoti locum infra citandum ad v. 728.

480. **Ἀπαρκέω.** *Sufficio.* Thomas Mag. *Ἀπαρκεῖ, κάλλιον ἢ ἀρκεῖ. Σοφοκλῆς· ἀπαρκούντως ἐμοί.* (Electr. 355.) Soph. Œd. Col. 1769. *ταῦτ' ἂν ἀπαρκοῖ.* Eurip. ap. Stob. p. 35. *Ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονῆς.*

482. **Ἀντίποινα.** *Mulcta pro crimine.* Eumen. 268. *Ἀντιποίνους τίνεις μητροφόνους δύας.* Soph. Philoct. 315. *οἳ' Ὀλύμπιοι θεοὶ Δοῖέν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἐμοῦ παθεῖν.* Electr. 591. *ἦ καὶ τοῦτ' ἐρεῖς, Ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις;*

Ibid. **Πράσσω.** *Exigo.* Hesych. *Πράξειν. λαβεῖν—Πρᾶξις. ἀπαίτησις.* Plerumque de *mulcta pecuniaria* dicitur, et frequentior in hoc sensu vox media. Thucyd. IV. 65. *τὸν δὲ τρίτον Εὐρυμέδοντα χρήματα ἐπράξαντο.* VI. 54. *Ἀθηναίους εἰκοστὴν μόνον πρασσόμενοι τῶν γιγνομένων.* Aristoph. Nub. 244. *μισθὸν δ', ὅντιν' ἂν Πράττῃ μ', ὁμοῦμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς.* Thomas Mag. *Πράττω οὐ μόνον τὸ ποιῶ, καὶ πάσχω, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπαιτῶ, ὃ καὶ εἰσπράττω λέγομεν.* citat Platon. Apolog. 4. *χρήματα πράττομαι.* Activa voce

utitur Herodot. I. 106. *ἔπρησσον παρ' ἑκάστων τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλον.* III. 58. *αὐτοὺς—ἕκατον τάλαντα ἔπρηξαν.* Vid. Duker. ad Thucyd. VIII. 5. Fischer. ad Welleri Gr. Gr. III. p. 436. Cf. Agam. 685. Choeph. 308. Eurip. Orest. 1138. Xenoph. Hellen. I. 3, 8. Schleusner. Lex. N. F. T. II. p. 673.

483. **Ἐπισπάω.** *Attraho.* Homer. Odyss. Σ. 72. *ἐπισπαστὸν κακὸν ἕξει,* quo respiciens Hesych. *Ἐπισπαστόν. αὐθαίρετον, ὅπερ ἑαυτῷ τις ἐπισπᾶται.* ubi vid. Alberti. Contra de lucro Herodot. 72. *οἱ δ' ἀληθίζονται, ἵνα τι τῇ ἀληθηίῃ ἐπισπάσωνται κέρδος.* Activa voce, ut in hoc loco, Soph. Ajac. 769. *πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος.*

486. * **Σύδην.** *Tumultuose. ταχέως καὶ ὁρμητικῶς.* Hesych.

487. **Οὖρος.** *Ventus secundus. κατ' οὖρον,* Anglice, *making all sail.* Theb. 853. *κατ' οὖρον ἐρέσσετε.* Paullo diverse ibid. 687. ubi vid. Glossarium.

489. **Κρηναῖον γάνος.** *Fontanus latex.* Lycophr. 247. *Κρηναῖον ἐξ ἄμμοιο ῥοιβδήσῃ γάνος.* ubi Tzetz. *γάνος, νῦν τὸ ὕδωρ· ἀλλαχοῦ τὸ γάλα.* Eurip. Suppl. 1160. *Ἀσώπου γάνος.* ubi vide omnino Musgravii notata. Agam. 1400. *Χαίρουσαν οὐδὲν ἧσσον, ἢ διοσδότῳ Γάνει σπορητὸς κάλυκος ἐν λοχεύμασι.* Hujus fabulæ 621. *παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος.* Etymol. M. p. 221, 21. *γάνος—ὅπερ ἔστι τὸ πῶμα τὸ λαμπρόν. Εὐριπίδης. Ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίγνεται γάνος.* (Bacch. 261.) Ceterum auctorem idoneum non habet quod tradit ad h. l. grammaticus, *τόπος Βοιωτίας ἡ Κρηνή.* Memorantur quidem inter Thebarum portas etiam *αἱ Κρηναῖαι,* sic a Dirce nominatæ.

490. **Ἄσθμα.** *Creber anhelitus.* Galen. ap. Foes. Œcon. Hippocr. in v. *Ἄσθμα. καλοῦσι δ' οὕτως οἱ Ἕλληνες τὴν πυκνὴν ἀναπνοήν, οἷα συμβαίνει τοῖς δραμοῦσιν, ἢ ὁπωσοῦν ἑτέρως εἰς σφοδρὰν κίνησιν ἀφικόμενοις.* Homer. Iliad. O. 241. *ἄταρ ἆσθμα καὶ ἱδρὼς Πάντ'.* Pindar. Nem. X. 139. *καί μιν οὔπω τεθναότ', ἄσθματι δὲ*

Φρίσσουτ' ἀναπνοὰς κίχεν. Hoc est quod dicit Noster in Eumen. 242. Πολλοῖς δὲ μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ Σπλάγχνον. Eurip. Med. 1116. πνεῦμα ἠρεθισμένον. Proprie autem anhelare dicuntur fugientes. Horat. *Sublimi fugies mollis anhelitu.* quod Græce verteretur πνεῦμ' ἔχων ἄνω. Vid. Cleric. ad Menandr. p. 10. Salmas. de Usur. p. 566. Babrius ap. Suid. v. Ἄσθμα—οἷά τις νούσῳ Κάμνων ἐβέβλητ' οὐκ ἀληθὲς ἀσθμαίνων. Anthol. I. 27, 12. παρθενικῷ, Θρασύβουλε, σαγηνευθεὶς ὑπ' ἔρωτι Ἀσθμαίνεις, δελφὶς ὥς τις ἐπ' αἰγιαλοῦ, Κύματος ἰμείρων.

493. Ἄρδω. Vid. infra 811.

494. Ἀχαΐς. Sc. *Phthiotis:* quod monuit Schutzius.

495. Ὑποσπανίζομαι. *Penuria laboro.* Choeph. 575. Φόνου δ' Ἐρινὺς οὐχ ὑπεσπανισμένη. Soph. Aj. 740. Τί δ' ἔστι χρείας τῆσδ' ὑπεσπανισμένον; Hæc citat Abresch. Eodem sensu ponitur simplex verbum infra 1024. ἐσπανίσμεθ' ἀρωγῶν. Ceterum de Persici exercitus fame consulas Herodot. VIII. 115.

500. Δόναξ. *Arundo.* Βόλβης ἕλειον δόνακα pro Βόλβην ἕλειον καὶ δονακώδεα. Falso tradit Scholiasta Bolben paludem in Thracia exstitisse, quum esset in Macedonia. Vid. Spanhem. ad Callim. Del. 134. Ceterum fluvii et paludes sæpissime vocantur δονακώδεις, δονακορόφοι, δυνακοχλόαι. Homer. Iliad. 576. Ἠὰρ ποταμὸν κελάδοντα, περὶ ῥοδανὸν δονακῆα. Cf. Eurip. Iph. A. 179. Iph. T. 400.

503. Ἁγνός. *Purus.* Epitheton nequaquam est otiosum, siquidem Persæ, Herodoto teste, fluvios religiosissime colebant, et quantum fieri posset, puros conservabant. Vid. Herodot. I. 138.

504. Νομίζω. *Existere credo.* Verbum in hac re proprium. Qui Deos esse credebat, absolute dicebatur νομίζειν θεούς, vel ἡγεῖσθαι. Eurip. fragm. 1. Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. Plato Apolog. Socrat. 2. οἱ γὰρ ἀκούοντες ἡγοῦνται τοὺς ταῦτα ζητοῦντας οὐδὲ θεοὺς νομίζειν. Philemon ap. Stob. Ecl. p. 171. Θεὸν νόμιζε καὶ

σέβου, ζήτει δὲ μή. Aristoph. Nub. 247. Ποίους θεοὺς ὁμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοὶ Ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι. Lucian. Jup. Tragœd. 42. T. II. p. 690. Οὐκοῦν ἅπαντες ἄνθρωποι, καὶ τὰ ἔθνη, ἐξηπάτηνται, θεοὺς νομίζοντες καὶ πανηγυρίζοντες. Pausan. I. xv. 4. Ἡρακλῆς ἐνομίσθη. I. xxxi. 1. οἱ Διόσκουροι νομίζονται μάλιστα. Et sic alibi. Xenophon. Ephes. p. 2. Ἔρωτά γε μὴν οὐδὲ ἐνόμιζεν εἶναι θεόν, ἀλλὰ πάντ' ἐξέβαλεν, ὡς οὐδὲν ἡγούμενος. Legendum οὐδένα ἡγούμενος. Hæc formula nobilem et eruditum editorem fefellit. Singulare est, ut opinor, quod dixit scriptor neotericus Demetrius Cydonius de Morte Contemn. p. 56. θεὸν εἰδέναι καὶ σέβειν. De locutione absoluta ἡγεῖσθαι θεούς vid. Porson. ad Hecub. 794. Adjice Helen. 925.

506. Θεοκλυτέω. *Deos invoco.* Vid. Glossar. in Theb. 131.

508. Σκεδάζω. *Spargo.* Homer. Iliad. Ψ. 227. Ὄντε μέτα κροκόπεπλος ὑπεὶρ ἅλα κίδναται Ἠώς. Herodot. VIII. 22. ἁμὰ ἠλίῳ σκιδναμένῳ. Lucretius II. 143. *Primum Aurora nova spargit cum lumine terras.* quem imitatus est Virgilius Æn. IV. 584.

Ibid. Θεός. Absolute positum de Sole, Eurip. Alc. 738. ubi vid. Monk. Herodot. II. 24. de sole; τῆς γὰρ ἂν ἀγχοτάτω ἢ χώρης οὗτος ὁ θεός.—

513. Ἀποῤῥήγνυμι. *Abrumpo.* Eurip. Orest. 854. πότερα λευσίμῳ χερί, Ἢ διὰ σιδήρου πνεῦμ' ἀποῤῥῆξαί με δεῖ. Troad. 750. λυγρὸν δὲ πήδημ' εἰς τράχηλον ὑψόθεν Πεσὼν ἀνοίκτως, πνεῦμ' ἀποῤῥήξεις σέθεν. Iph. T. 974. ἐπώμοσ' αὐτοῦ βίον ἀποῤῥήξειν θανών. Ælian. ap. Suid. vv. Εὐνοῦχος. Μέγαρον, corrigente Toupio in Suid. II. p. 244. τὴν ἐπίῤῥητόν τε καὶ κατάρατον ψυχὴν ἀπέῤῥηξε. Id. V. H. XIII. 2. ἐν αὐταῖς ταῖς κολάσεσι τὴν ψυχὴν ἀπέῤῥηξε.

517. Ἑστιοῦχος. *Qui lares habet,* idem fere ac ἐφέστιος, Theb. 73. Soph. Antig. 1083. φέρων Ἀνόσιον ὀσμὴν ἑστιοῦχον εἰς πόλιν. Eurip. Androm. 283. ἑστιοῦχον αὐλάν.

520. Ἐγκατασκήπτω. *Infligo.* Proprie de fulguribus.

Soph. Trachin. 1089. Ἔνσεισον, ὦ ναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος, Πάτερ, κεραυνοῦ. In Euripidis Med. 93. οὐδὲ παύσεται Χόλου, σάφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαί τινα, legendum videtur κατασκῆψαί τινί. Thucyd. II. 47. νόσος—λεγομένη μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι. Photius, Κατασκήψαντος, ἐμπεσόντος. Alio sensu Soph. Œd. Col. 1010. τάσδε τὰς θεὰς ἐμοὶ Καλῶν ἱκνοῦμαι, καὶ κατασκήπτω λιταῖς, Ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους τ'. sic enim legendum.

522. Ἐνάλλομαι. *Insilio.* Vide notas. Propert. I. i. 4. *Et caput impositis pressit Amor pedibus.*

526. Κρίνω. *Conjecto.* Vid. supra 231.

527. Κυρόω. *Confirmo.* Vid. supra. 232. Eum. 579. 636. Vim activam semper habet; quare omnino errat Schutzius qui vertit *recte talo stat sententia vestra.* Subaudi vero ἐμὲ τοῦτο ποιῆσαι.

529. Φθιτοί. Vid. supra 225.

530. Πέλανος. Vid. supra 209.

531. Ἐπ' ἐξειργασμένοις. *Super rebus quæ infectæ fieri nequeunt,* uti recte explicat Abreschius, citatis Soph. Ajac. 378. Τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις; Herodot. VIII. 94. ἐπ' ἐξειργασμένοισι ἐλθεῖν. Nostri Choeph. 737. ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις.

534. Πιστοί. *Consiliarii Regum Persarum.* Vid. supra ad v. 1. Hoc non perspexerunt interpretes.

536. Προπέμπω. *Deduco.* Vid. Glossar. in Theb. 1072.

539. Μεγάλαυχος. *Magnifice jactans.* Theb. 1057.

544. Κατερείκω. *Scindo.* Idem fere quod ἐρείκω infra 1061. Πέπλον δ' ἔρεικε κολπίαν. Herodot. III. 66. Πέρσαι δέ, ὡς τὸν βασιλέα ἴδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα

κατηρείκοντο, καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο. Versus Alcmanicus ap. Hephæst. p. 59. Καττύπτεσθε, κόραι, καὶ κατερείκεσθε χιτῶνας. κατερείκειν ἔρνος dicebant Athenienses fabas frangendo comminuere. Basilius Scholiis in Gregor. Naz. apud Ruhnken. ad Timæum p. 124. ἔνθεν καὶ Ἐρνήρυσις παρ' Ἀριστοφάνει. ἔρνος οὖν φησὶ τὸ ἐρειχθὲν καὶ συγκοπὲν καὶ ἐψηθὲν ὄσπριον, ἀπὸ τοῦ ἐρείκω τοῦ σχίζω. Οὕτω καὶ Διογενιανός. Quid hoc, ἀπὸ τοῦ ἐρείκω? Legendum puto, ἔρνος οὖν φησὶ [κατερικτὸν] τὸ ἐρειχθέν κ. τ. λ. Aristoph. Ran. 502. ἤψε κατερικτῶν χύτρας Ἔρνους δύ' ἢ τρεῖς. ubi Schol. λέγει τὰ σχιζόμενα ὄσπρια τοὺς κνάμους, τὰ ἐρεικόμενα. Cf. Hesych. in voce Aristophanis autem locus mendo purgandus est. Etymologus p. 387, 14. citat ὄψει pro ἤψε, et κατερικτῶν ut in edd. Sed legendum κατερικτοῦ, prout citatur ab Ioanne Diacono in Hesiod. p. 212. Respicit forsan Æschylus Homeri Iliad. X. 405. ἡ δέ νυ μήτηρ Τίλλε κόμην, ἀπὸ δὲ λιπαρὴν ἔῤῥιψε καλύπτρην.

545. * Διαμυδάλεος. *Madidus.* Suidas, Μυδαλέας· διαβρόχους. μυδαλέα δάκρυσι, καὶ μυδαλέον δίυγρον, παρ' Ἀρχιλόχῳ. Nicander ap. Ælian. N. A. XVI. 28. μυδαλέαισι τυπαῖς. Stanleius in Curis secundis comparat Eurip. Suppl. 977. γόοισι δ' ὀρθευομένα, Δάκρυσι νοτερὸν ἀεὶ πέπλων Πρὸς στέρνῳ πτύχα τέγξω. Conferas etiam Apoll. Rhod. III. 803. δεῦε δὲ κολπους Ἀλληκτον δακρύοισι.

547. * Ἀκρόγοος. *Summo dolore adfectus.* Vid. nott.

548. * Ἀρτιζυγία. *Recens conjugium.* Hesych. Ἀρτίγαμοι. νεόγαμοι.

549. Λέκτρων εὐναί. Vid. supra ad 425. Verte autem, *Toros, delicatis stragulis contectos.*

550. Χλιδανός. *Mollis. Delicatus.* Vid. Glossar. in Prometh. 445.

553. Αἴρω. *Suscipio.* Vid. notas.

Ibid. Δοκίμως. *Strenue.* Vid. supra 88. Minus recte Schut-

zius interpretatur *prorsus*, ut cum πολυπενθῆ capiatur. Xenoph. Cyrop. I. p. 16. εἴ τις δύναιτο ἐπιμεληθῆναι, ὅπως αὐτὸς καλός τε καὶ ἀγαθὸς δοκίμως γένοιτο. Pindarus Nem. III. 18. δόκιμον ὕμνον *nobilem hymnum* dixit.

558. Ἑφέπω. *Adsequor.* Frequens apud Homerum πότμον ἑπισπεῖν. Ut ἔσχον aoristus est ab ἔχω, sic ἔσπον ab ἕπω.

Ibid. Δυσφρόνως. *Calamitose, Ægre.* Non autem *imprudenter*, uti vertit Stanleius: δύσφρων nihil aliud significare potest quam *infestus, luctuosus.* Vid. Theb. 873. Agam. 549. 609. 835.

559. Βᾶρις. *Navis.* Schol. Βαρίδεσσι ναυσί, ταῖς ἀπὸ τῆς Βάρεως οὔσης, ἥτις ἐστὶ πόλις Περσίδος. Baris Ægypti urbs fuit: vid. Valckenaer. Animadv. ad Ammon. p. 44. Βᾶρις μέν ἐστιν Αἰγύπτιον πλοῖον. Ægyptius est qui clamat in Suppl. 833. Σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ βᾶριν ὅπως ποδῶν. 879. Βαίνειν κελεύω βᾶριν εἰς ἀμφίστροφον. Epigr. in Anthol. III. xxxiii. 16. δέξαι μ', εἰ καί σοι μέγα βρίθεται ὀκρυόεσσα Βᾶρις τῶν φθιμένων, τὸν κύνα Διογένην. Sic appellatur Charontis cymba etiam in Zonæ Epigr. Anal. T. II. p. 81. Κωπεύεις νεκύων βᾶριν ἐλαυνομένην. Lexicon S. German. (ἄλλος ἀλφαβ.) Βᾶρις. κατ' οἰκίας καὶ πλοίου. Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι βαρίβαν λέγει τὸν ναύτην ἢ τὸν τῆς βάρεως ἐπιβεβηκότα. Brunckius corrigit βαρίδαν. Schaefero (ad Gregor. de Dial. p. 522.) unice verum videtur βαρίβαν. Mirum, quum ipse meminerit vulgaris ναυβάτης. Certissime corrigo, βαριβάταν λέγει τὸν ναύτην, ἡγοῦν τὸν τῆς β. ἐπ. Lepidus est Bastius, qui βαρίβαν *per metaplasmum* dictum esse putat pro βαρίβαντα. Plura vide ap. interpp. Hesychii in voce. Valckenaer. Opusc. p. 143.

563. **Ακτωρ. *Dux.* Eumen. 398. Ἀχαιῶν ἄκτορές τε καὶ πρόμοι.

565. Ὁμόπτερος. *Similia vela habens.* Hesych. Ὁμόπτεροι. ὅμοιοι. ὁμότριχοι. Spectat Choeph. 172. ubi cinnus dicitur κάρτ' ἰδεῖν ὁμόπτερος, quem locum ridet Euripides in Electr. 530. Πολλοὺς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους. Pollux VI. 156. Ὁμοπτέρους δὲ

τοὺς ὁμότριχας εἰπόντος Εὐριπίδου, Σπράττις τοὺς ὁμήλικας εἶπεν ὁμοπτέρους.

Ibid. Κυανῶπις. *Cui prora cyano oblita est.* idem quod κυανόπρωρος apud Homerum, et κυανέμβολος Eurip. Electr. 436. Odyss. M. 60. κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης. Proram navis *faciem* dicebant: Suppl. 711. Καὶ πρῶρα πρόσθεν ὄμμασι βλέπουσ' ὁδόν. Contra πρῶρα de facie usurpabant: vid. ad Prometh. 431.

568. Ἐμβολή. Vid. supra 284.

572. * Πεδιήρης. *Campestris.* Vid. supra ad 414.

573. Δύσχιμος. *Frigidus.* Vid. notas. A vetere radice χίος, *frigus,* provenere χίων *nix,* χίμα *frigus:* unde χίμετλον, τὸ ἐν χειμῶνι γινόμενον ἕλκος, Hesych. Anglice, *a Chilblain.* (Nicand. Ther. 688. in Hippocr. Epid. VII. 38. p. 860. ed. Vanderlind. scribitur χειμέτλων.) Recentiores scribebant χεῖμα. Et sic interpreteris in Theb. 499. δράκοντα δύσχιμον, *serpentem frigidum,* ψυχρὸν ὄφιν.

574. * Πρωτόμορος. *Prius fato functus.* Distinguuntur ii qui in prælio navali occiderant ab istis qui in fuga perierunt.

576. Ἀκταὶ Κυχρεῖαι. Steph. Byz. Κυχρεῖος πάγος, περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. ἀπὸ Κυχρέως τοῦ Σαλαμῖνος καὶ Ποσειδῶνος. Cf. Strabon. IX. p. 393. D. Tzetz. ad v. Κυχρεῖος apud Lycophr. 452. Κυχρεὺς—ἐβασίλευσε Σαλαμινίων, ὥς φησιν Εὐφορίων ἐν Ἱππομέδοντι. Τοῖος γὰρ Κυχρεῖος ἐνὶ ψαρῇ Σαλαμῖνι.

577. Ῥαίνω. *Madefacio.* Forma pluralis præteriti passivi suspecta est Schaefero ad Dionys. Hal. p. 355. et ad Schol. Apollon. Rhod. p. 208. injuria, ut Hermanno videtur. Vide notata.

Ibid. * Δακνάζομαι. *Mordeor.* Hanc formam alias frustra quæsivi.

579. Οὐράνι' ἄχη. *Lamentationes ad cœlum sublatæ.* Ita

vertunt interpretes. Suppl. 805. Ἴυζε δ' ὀμφάν, οὐράνια μέλη λίτανα θεοῖσι. Aristoph. Ran. 793. ὁ δῆμος ἀνεβόα. Ξ. Ὁ τῶν πανούργων; Α. νὴ Δί', οὐράνιόν γ' ὅσον. Hæc tamen loca, quæ ad hunc sensum tutandum proferri potuissent, minime faciunt quominus putem veram interpretationem potius esse *calamitates cœlitus immissas*. Infra 587. δαιμόνι' ἄχη—δυρόμενοι γέροντες. Sophocl. Ajac. 195. ἅταν οὐρανίαν. ubi Schol. τὴν ἐξ οὐρανοῦ πεμφθεῖσαν. In Antig. 418. οὐράνιον ἄχος absurde post Hesychium et Photium VV. DD. intelligunt *pulverem ad cœlum sublatum*, quum sit *calamitas divinitus orta*.

580. * Δυσβάϋκτος. *Cum infausto ejulatu editus*. Iterum occurrit 1070. De βαΰζω vid. supra ad v. 13.

582. Γνάπτω. *Vellico*. Proprie de fullone, pannum vellicante, dictum. Soph. Ajac. 1030. de Hectore, ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων Ἐγνάπτετ' αἰὲν ἕς τ' ἀπέψυξεν βίον. Grammatici tradunt hanc scripturam recentioris ævi fuisse, veteres autem Atticos scripsisse κνάπτω. vid. Brunck. ad Aristoph. Plut. 166. quod quidem verum esse potest; et in Sophoclis loco rescribendum ἐκνάπτετ' olim monuit Dorvillius in Misc. Obs. IX. p. 119. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 86. Sed *vetustissimi* inter scriptores Atticos alteram scripturam, quæ Ionica fuit, agnoscebant.

583. Σκύλλω. *Lacero*. Hesych. Σκύλλειν. τὸ ταῖς ὄνυξι σπᾷν. Alio sensu apud N. F. scriptores. Vid. Schleusner. in voce. Vox ducta videtur a canibus. Etymol. M. p. 720, 19. Σκύλλος, κυρίως ἐπὶ κυνὸς νεογνοῦ. Hinc Σκύλλη. Odyss. M. 85. Ἔνθα δ' ἐνὶ Σκύλλη ναίει, δεινὸν λελακυῖα· Τῆς ἦτοι φωνὴ μέν, ὅση σκύλακος νεογιλῆς Γίνεται. Vid. Is. Voss. ad Catull. p. 208.

Ibid. Ἄναυδος. *Mutus*. Perpetuum piscium epitheton, qui ob vocis defectum ἔλλοπες dicebantur, si qua fides est Grammaticis habenda, ab ἑλλός *mutus*. Sophocl. Ajac. 1295. Ἔφῆκεν ἑλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν. ubi cf. Erfurdtii notam, et Alberti. ad Hesych. I. p. 1182. Idem ap. Athen. VII. p. 277. A. Χόρος δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπερρόθει. Pherecrates ap. Athen. VII. p. 287. A. Etymol. M.

p. 218, 31. *τί ληρεῖς; ἀλλὰ φωνὴν οὐκ ἔχειν Ἰχθῦν γε φασὶ τὸ παράπαν; νὴ τὼ θεώ. Κούκ ἔστιν ἰχθῦς ἄλλος οὐδεὶς ἢ βόαξ (φωνεῖν δυνάμενος.)* Etymol. M. p. 595, 1. *Μύνδος ἰχθῦς, Σοφοκλῆς, ὁ μὴ αὐδῶν. ὅθεν καὶ ἔλλοψ*—Callimachus ap. Steph. Byz. v. *Βάλδος.* (fr. CCLX.) *Πουλὺ θαλασσαίων μυνδύτεροι νεπόδων.* Lucret. II. 1081. *mutas Squamigerûm pecudes.* Horat. 4. Carm. III. 19. *mutis quoque piscibus Donatura cycni, si libeat, sonum.* Schol. ad Oppian. Halieut. II. 658. *ἄφωνοι οἱ ἰχθύες, καὶ ἄνανδοι.* Piscium *ἐχεμυθία* caussa erat, cur a Pythagoreis non ederentur: vid. Markland. Ep. Crit. p. 64. et cf. Arnald. Animadv. p. 285. Dorvill. ad Chariton. p. 762. Denique si in hoc loco imaginem spectes, conferas Claudian. de IV. Cons. Honor. *Submersæ sedere rates: fluitantia nunquam Largius Arctoos pavere cadavera pisces.* Herodot. VI. 44. de Darii nautis, qui, ratibus submersis, *θηριωδεστάτης ἐούσης τῆς θαλάσσης ταύτης περὶ τὸν Ἄθων—ὑπὸ τῶν θηρίων διεφθείροντο ἁρπαζόμενοι.*

584. Ἀμίαντος. *Impollutus.* Schol. *δηλάδη θαλάσσης. οὐ γὰρ μιαίνεται πώποτε, καὶ πολλῶν μολυσμάτων ἐπιχυθέντων αὐτῇ.* Sed mare *ἀμίαντον* dictum videtur, quia omnem impuritatem abluebat; nam *Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.* Scholiastæ obversabatur Iliad. A. 314. *Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.*

591. * Περσονομοῦμαι. *Persarum legibus pareo.* "*τὸ Περσονομεῖν* (*-μεῖσθαι*) *Persarum legibus uti,* et in v. 916. *Περσονόμον τιμῆς* opponuntur vulgatis illis Græcorum *τῷ αὐτονομεῖν* (*-μεῖσθαι*) sive *αὐτονομουμένων.*" Spanhem. de Orbe Romano p. 284.

592. Δασμοφορέω. *Tributum reddo.* Minus recte Etymologus p. 249, 31. *δασμοφορεῖν* explicat *φόρους λαμβάνειν.* Herodot. VI. 48. *ἄλλους δὲ κήρυκας διέπεμπε ἐς τὰς ἐωϋτοῦ δασμοφόρους πόλιας τὰς παραθαλασσίους.* Vide loca ab Æm. Porto citata, Lex. Ion. in voce. *δασμός* peculiariter de Persarum tributis apud auctores Græcos ponitur: vid. Xenoph. Anab. I. i. 8.

593. Δεσπόσυνος. *Imperiosus.* Pro substantivo cepit Ste-

phanus, et ἀνάγκαις eodem sensu quo ὑπ' ἀνάγκης; citatque Tyrtæi fragmentum apud Pausan. IV. 14. de Messeniis qui Spartanis δεσποσύνοις tributum ferebant, Ὥσπερ ὄνοι μεγάλοις ἄχθεσι τειρόμενοι, Δεσποσύνοισι φέροντες ἀναγκαίης ὕπο λυγρῆς Ἡμίσυ πάνθ' ὅσσων καρπὸν ἄρουρα φέρει. Sed præstat δεσποσύνοισιν adjective sumere, *necessitatibus quæ a dominis imponuntur.* Eurip. Androm. 131. τί σοι Καιρὸς ἀντζομένᾳ δέμας αἰκέλιον καταλείβειν Δεσποτῶν ἀνάγκαις;

598. Φυλακή. *Custodia.* Theognis 439. Νήπιος, ὃς τὸν ἐμὸν μὲν ἔχει νόον ἐν φυλακῇσι, Τὸν δ' αὐτοῦ † ἴδιον οὐδὲν ἐπιστρέφεται. Sic ἐν φυλακῇ ἔχειν, *custoditum servare,* Herodot. I. 24. Psalm. CXLI. 3. Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περισχῆς περὶ τὰ χείλη μου. De locutione ἐλεύθερα βάζειν vid. Glossar. in Prometh. 187. Juven. IV. 91. *nec civis erat, qui libera posset verba animi proferre, et vitam impendere vero.*

602. Περίκλυστος. *Circumfluus.* Sensu passivo; ut infra 883. ex Homerico περίῤῥυτος. Homerid. Hymn. in Apoll. 181. Δήλοιο περικλύστης. Ephippus ap. Athen. VIII. p. 346. F. τῆς περικλύστου δ' ἁλίας Κρήτης. De feminina forma περικλύστα vid. Porson. ad Eurip. Med. 822. Non constat sibi Æschylus; nam supra dixerat ἀπόρθητος πόλις. Ceterum Simonides in Epigr. ap. Plutarch. T. II. p. 870. E. de Corinthiis qui pugna Salamina interciderunt, Νῦν δ' ἅμμ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σάλαμις.

607. Εὐροεῖν dicitur fortuna, quum res *ad voluntatem nostram fluunt,* metaphora postea a Stoicis sæpissime adhibita. Zeno ap. Stob. Eclog. II. p. 138. ed. Heeren. εὐδαιμονία δ' ἐστὶν εὔροια βίου. Phrynichus Apparat. Sophist. p. 29. Βίου εὔροια. ἡ εὐδαιμονία καὶ εὐτυχία, παρὰ τὸ καλῶς ῥεῖν τὸν βίον. Vid. Gataker. ad M. Antonin. II. 5. p. 59. Valckenaer. ad Schol. in Eurip. Phœniss. p. 49. Pindar. Ol. II. 62. ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι Εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ Πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν. Menand. ap. Stob. CV. p. 437. Τὸ τῆς Τύχης γὰρ ῥεῦμα μεταπίπτει ταχύ. Sallust. B. J. 4. *Rebus supra votum fluentibus.*

608. Οὐρίζω. *Secundo flatu propello.* Vid. notas; et Glossar. in Theb. 687. item Musgrav. ad Sophocl. Œd. T. 714.

610. Ἀνταῖος. *Adversus.* Hesych. Ἀνταία. ἐναντία, ἰκέσιος. Αἰσχύλος Σεμέλῃ—καὶ τὴν Ἑκάτην δὲ Ἀνταίαν λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ ἐπιπέμπειν ἄντια. Idem, Ἀνταίας, πολεμίας, ἐχθρᾶς. Σοφοκλῆς Πολυίδῳ. In Sophoclis Clytæmnestræ fragmento ap. Erotianum, pro ἄντεον legendum ἀνταῖον.

611. Παιώνιος. *Medicabilis.* non vero *Pæanius,* uti vertunt Stanleius et Schutzius. Schol. οὐ παιώνιος, ἀλλὰ φθαρτικός. (Anglice, *no soothing sound.*) Hesych. Παιώνιον φάρμακον, καταπαῦον ὀδύνας. Agam. 849. φαρμάκων παιωνίων. 1200. Καὶ πῶς ἂν ὅρκου πῆγμα γενναίως παγὲν Παιώνιον γένοιτο; Suppl. 1064. Χειρὶ παιωνίᾳ κατασχεθών. Noster Mysis apud Photium et Suid. v. Ὀργεῶνες. Ποταμοῦ Καϊκοῦ χαῖρε πρῶτος ὀργεών, Εὐχαῖς δὲ σώζοις δεσπότας παιωνίαις.

614. Χλιδή. *Luxus. Mollities.* Vid. Glossar. in Prometh. 445. Ceterum ex hoc loco patet Atossam post Parodum (ad v. 160.) in scenam curru insistentem prodiisse.

615. Στέλλω κέλευθον. *Iter facio.* Schol. in Eurip. Hecub. 117. τὸ στέλλω σημαίνει δ'. στέλλω τὸ κοσμῶ, ἀφ' οὗ καὶ στολή. στέλλω τὸ πέμπω, ἀφ' οὗ καὶ ἀποστολή. στέλλω τὸ πλέω, ἀφ' οὗ καὶ στόλος, ὁ πολλῶν ἀπόπλους νεῶν. στέλλω καὶ τὸ κρύπτω, ἀφ' οὗ καὶ τὸ περιστείλαντες, ἀντὶ τοῦ κατὰ γῆν κρύψαντες, ἤγουν θάψαντες. Sed hæ quatuor notiones in unam resolvi possunt. στέλλειν nihil aliud est, sensu primario, quam *instruere.* Homer. Iliad. Δ. 294. Οὓς ἑτάρους στέλλοντα καὶ ὑτρύνοντα μάχεσθαι. Odyss. B. 287. Ὅς τοι νῆα θοὴν στελέω, καὶ ἅμ' ἕψομαι αὐτός. *qui navem tibi instruam.* Supra 182. στείλας στρατόν. *quum exercitum instruxisset.* Eurip. Troad. 168. στέλλουσ' Ἀργεῖοι νόστον, *reditum apparant.* Hinc στέλλεσθαι, media voce et passiva, significabat *instrui ad proficiscendum,* et dein, *proficisci:* mox etiam, facili transitione, *induere, obtegere.*

Ibid. Πρευμενής. Vid. supra 225.

616. Μειλικτήριος. *Qui pacat.* Choeph. 11. ἦ πατρὶ τῳ'μῷ τάσδ' ἐπεικάσας τύχῳ Χοὰς φερούσας, νερτέροις μειλίγματα; ibid. 276. δυσφρόνων μελίγματα. Eumen. 97. χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα. (Apollon. Rhod. IV. 712. Ἡ δ' εἴσω πελάνους μείλικτρά τε νηφαλίῃσι Δαῖεν ἐπ' εὐχωλῇσι παρέστιος, ὄφρα χόλοιο Σμερδαλέας παύσῃσιν Ἐρινύας.) In priore Choephororum loco vulgatum μειλίγμασιν frustra post Hermannum tuetur Erfurdt. ad Sophocl. Electr. 52. Oraculum apud Pausan. IX. 17. T. III. p. 52. ed. Fac. ἀλλ' ὁπόταν Τιθορεὺς Ἀμφίονί τε Ζήθῳ τε Χύτλα καὶ εὐχωλάς, μειλίγματα ἐν χθονὶ χεύῃ, Sic lege; non μειλίγματά τ' ἐν χθ. De ψυχαγωγίαις veterum omnino consulendus est Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 114. Quæ hic secum fert Atossa, apud Eurip. Orest. 123. vocantur ἄπαντα νερτέρων δωρήματα. Libamina mortuis fiebant ex vino, lacte, oleo, melle et aqua; quorum prima mentio fit in Iliad. Ψ. 219. χρυσέου ἐκ κρητῆρος, ἔχων δέπας ἀμφικύπελλον, Οἴνον ἀφυσσάμενος χαμάδις χέε, δεῦε δὲ γαῖαν, Ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος ἐειλοῖο. His accedebant serta, et capillorum cincinni. Sophocl. Electr. 893. ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον, Ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥύτους Πηγὰς γάλακτος, καὶ περιστεφῆ κύκλῳ Πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός—ἐσχάτης δ' ὁρῶ Πυρᾶς νεωρῆ βόστρυχον τετμημένον. Eurip. Iph. T. 632. Πολύν τε γάρ σοι κόσμον ἐνθήσω τάφῳ, Ἄνθῳ τ' ἐλαίῳ σῶμα σὸν † κατασβέσω· Καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόῤῥυτον γάνος Ἄουθῆς μελίσσης εἰς πυρὰν βαλῶ σέθεν. Orest. 114. ἐλθοῦσα δ' ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον Μελικρᾶτ' ἀφὲς γάλακτος, οἰνωπόν τ' ἄχνην. Alcæus Messenius Brunck. Anal. I. p. 490. καὶ τάφον ὑψώσαντο· γάλακτι δὲ ποιμένες αἰγῶν Ἔῤῥαναν, ξανθῷ μιξάμενοι μέλιτι. Antipater ibid. II. p. 26. Heliodor. Æthiop. VI. p. 301. a Stanleio citatus, κρατῆρά τε ὀστρακοῦν ἀνελομένη, μέλιτος ἐπέχει τῷ βόθρῳ· καὶ αὖθις ἐξ ἑτέρου γάλακτος, καὶ οἴνου ἐκ τρίτου ἐπέσπενδεν. Apuleius Met. III. p. 137. *Tunc decantatis spirantibus fibris litat vario latice; nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano: libat et mulsa.* Cum his conferas Virgil. Æn. III. 66.

618. *Ἀνθεμουργός. *Quæ mel ex floribus facit.*

i.e. a bee: an adjective N used for the substantive of which properly the epithet, as in Hesiod. Op. & Di. 522. ἀνόστεος a polyp. ib. 569. φερέοικος a snail.

619. Ὑδρηλός. *Aquosus.* Suppl. 790. *νέφη ὑδρηλά.* Eurip. Suppl. 206. *σταγόνας ὑδρηλάς.* cf. Cycl. 89. In Bellerophonte ap. Stob. XCVII. *ὑδρηλοῖς—ποτοῖς.* De terminatione in *ηλός* vid. Glossar. in Theb. 224.

Ibid. Παρθένος. *Virgo,* i. e. *intemerata.* Eurip. Hippol. 1006. *παρθένον ψυχὴν ἔχω.* ubi vid. Valckenaer. et Ruhnken. ad Homer. H. Cerer. 99.

620. Ἀκήρατος. *Incorruptus.* Vox profluit a *κῆρ noxa,* unde *κηραίνω,* non a *κεράω,* quod putarunt interpretes, qui vertunt *merum.* Suidas. Ἀκήρατος. *ἄφθαρτος, ἀπαθής, ἀκέραιος.* Timæus Lex. Plat. Ἀκήρατοι. *καθαροί.* ubi omnino videndus Ruhnkenius. Hanc vocem restituendam puto Dionysio Hymn. ad Apoll. ad calcem Arati p. 50. *Ποταμοὶ δὲ σέθεν πυρὸς ἀμβρότου Τίκτουσιν ἀκήρατον ἀμέραν.* MS. *ἀπήρατον.* Brunckius *ἐπήρατον.* Ibycus apud Athenæum XIII. p. 601. B. *Ἠρι μὲν αἵ τε Κυδώνιαι=μαλίδες ἀρδόμεναι ῥοᾶν=ἐκ ποταμῶν, ἵνα παρθένων=Κᾶπος ἀκήρατος.* Chœrilus, *ὅτ' ἀκήρατος ἦν ἔτι λειμών.* Eurip. Hippol. 76. *ἀκήρατον—λειμῶνα.* ibid. 1114. *καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν.* ubi vid. Valckenaer. Sophocl. Œd. Col. 690. *ἀκηράτῳ σὺν ὄμβρῳ.* Theocrit. XXII. 38. *Ὕδατι πεκληθυῖαν ἀκηράτῳ.* Herodot. VI. 10. *χρυσὸς ἀκήρατος.* Sic Virgil. Æn. III. 177. *munera libo Intemerata focis.*

Ibid. Μήτηρ. *Mater vini* dicitur *vitis* in Eurip. Alcest. 757. *Πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ.* Achill. Tat. I. p. 67. *οἴνων μήτηρ.* Plaut. Amphitr. I. i. 274. quæ contulit Abresch. Astydamas ap. Athen. I. p. 40. B. *οἰνομήτορ' ἄμπελον.* Sic *quercus* vocatur *glandium mater:* Zonas in Anthol. I. xx. 7. *Ὦ ἄνερ τῶν βαλάνων τὰν ματέρα φελδεο κόπτειν.*

621. Γάνος. *Quicquid lætitiam gignit.* Vid. supra ad 489. Antipater in Anal. II. p. 26. *σπεῖσον ἐμῇ σποδιῇ, σπεῖσον γάνος.* Macedonius ibid. III. p. 120. coacte dixit *οὔθατος ἐκ βοτρύων ξανθὸν ἄμελξε γάνος.* Sic Virgil. Æn. I. 640. *Munera* lætitiamque *Dei.*

623. Ξανθός. *Flavus.* Schol. *ξανθῆς δέ, διὰ τὸ ὄπισθεν μέρος τῶν φύλλων ὡς πρασινίζον ἐμφαίνεσθαι.* (*a pale green.*) Stanleius confert Pindari *χρυσέας ἐλαίας*, et Virgil. Æn. V. 304. *flava olivæ.* Aliter Sophocl. Œd. Col. 701. *γλαυκᾶς ἐλαίας.*

624. Πλεκτός. *Textus. ἄνθη πλεκτά, corona e floribus.* Eurip. Hippol. 73. *πλεκτὸν στέφανον.* Cum metaphora *γαίας τέκνα* contulit Stanleius verba Chæremonis ap. Athen. XIII. p. 608. D. *ἀνθηροῦ τέκνα Ἥρος πέριξ στρώσαντες.* et rursus, *λειμῶνος τέκνα.* Similiter fere Incertus in Anal. III. p. 271. *γῆς θυγάτηρ, ῥάφανος.* Vid. ad Theb. 351.

627. * Γάποτος. *A terra absorptus.* Hujusmodi composita a *γῆ* Dorice efferuntur, *γαπόνος, γατόμος, γαμόρος, γάπεδον, γάφυτος, γάχυτος.*

632. Πομπός. *Dux.* Hesych. *Πομπεῖ. ὁδηγεῖ.* Agam. 124. *πομπούς τ' ἀρχούς.* 307. *ἐκδοχὴν πομποῦ πυρός.* Choeph. 145. *ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω.*

635. Ἔνεροι. *Inferi.* idem fere ac *ὑποχθόνιοι.* Etymol. M. p. 340, 7. *Ἔνεροι, οἱ νεκροί. ἀπὸ τοῦ ἐν ἕρᾳ κεῖσθαι, ὅ ἐστιν ἐν τῇ γῇ.* seu potius quia manium receptaculum in centro terræ situm credebatur. Ab eodem fonte venit *ἔνερθεν*, contractum ab *ἐνέροθεν*, unde *νέρθεν, νέρτερος* et cetera ejusdem familiæ. Apollonius de Adverb. p. 603, 7. ed. Bekker. *καὶ τὸ ἔνερθεν δὲ δύο πάθη ἀνεδέξατο, συγκοπήν τε καὶ ἀφαίρεσιν. ἦν γάρ τι ὄνομα τὸ ἔνερον, ἀφ' οὗ τὸ ἐντελὲς ἐπίῤῥημα ἐνέροθεν, ἀφ' οὗ κατὰ συγκοπὴν ἔνερθεν—σαφὲς οὖν ὅτι καὶ ἐν ἀφαιρέσει ἐστὶ τό—Νέρθεν ὑπ' ἐγκεφάλοιο.* Eadem fere tradit Etymolog. Gudian. 187, 47. ubi corrupte *ἀνέροθεν, ἄνερθεν.* Cf. Prometh. 589. Homer. Iliad. O. 188. Υ. 61. Minus recte Schol. ad Iliad. Z. 480. *ἐναρίζειν γάρ ἐστι τὸ φονεύειν· διὰ τοῦτο καὶ οἱ νεκροὶ ἔναροι.*

639. Μακαρίτης. *Beatus.* i. e. *Nuper mortuus.* Hesych. *Μακαρίτης. ὁ τεθνεώς. ὁ μακάριος. ὁ νεκρός.* Lege Μακαρίτης ὁ

τεθνεώς. Μακάριος ὁ ζῶν, ex nostro Scholiasta ad h. v. Photius, Μακαρίτας. τοὺς τεθνηκότας. οὕτω Μένανδρος. Versus apud Stob. p. 699. Πᾶς γὰρ λέγει τις, ὁ μακαρίτης οἴχεται, in margine Æschylo adsignatur; sed non dubium quin Comici cujusdam sit. Theocrit. II. 70. Θευχαρίλα, Θρᾶσσα τροφὸς ἁ μακαρῖτις. Sic apud Latinos *felices* dicebantur mortui. Vid. Scaliger. ad Varron. p. 124. Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 59.

641. Παναίολος. *Perquam variatus.* i. e. *omne lamentationis genus complectens.* Hesych. Παναίολος, παμποίκιλος. Homer. Iliad. K. 77. Πὰρ δὲ ζωστὴρ κεῖτο παναίολος.

Ibid. Αἰανής. *Noxius.* Vid. nott. ad v. 935.

642. Δύσθροος. *Infelicem sonum edens.* Infra 936. 1077. Pindar. Pyth. IV. 111. δυσθρόου φωνᾶς. Composita ex θρόος amat Æschylus. μιξόθροος Theb. 321. οἰωνόθροος Agam. 56. ἀλλόθρους Agam. 1202. Suppl. 970. δημόθρους Agam. 384. 940. 1415. πολύθροος Suppl. 817.

Ibid. * Βάγμα. *Loquela.* Forma notior est βάξις. Si per metrum liceret, suspicarer in hoc loco legi debere βαῦγματα.

647. * Μεγαυχής. *Illustris.* idem fere quod μεγάλαυχος 539.

648. Αἰνέω. *Sino. Tolero.* quo sensu rarius occurrit. Eurip. Alcest. 1. ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν.

653. Ὄχθος. *Tumulus. Agger.* τὸ ὑψηλὸν τῆς γῆς. Hesych. Supra 473. Infra 664. Choeph. 4. Agam. 1162. νῦν δ' ἀμφὶ Κωκυτόν τε κἀχερουσίους Ὄχθους ἔοικα θεσπιῳδήσειν τάχα. Sed ibi legendum κἀχερουσίας Ὄχθας, *ripas.*

655. * Ἀνάπομπος. *Sursum mittens.*

659. Θεομήστωρ. *Par Diis consiliarius.* Ex Homerico

θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος, Iliad. H. 366. &c. *Θεομήστωρ* quidam Samiorum tyrannus memoratur Herodot. VIII. 85. Inscriptio ap. Spon. Misc. Erud. Ant. p. 368. *Σῶμα μὲν ἥδε κόνις κεύθει θεομήστορος ἀνδρός.*

663. Βαλήν. *Rex.* Schol. *βαλὴν ὁ βασιλεὺς λέγεται. Εὐφορίων δέ φησι Θουρίων εἶναι τὴν διάλεκτον. ὅθεν καὶ Βαληναῖον ὄρος* (Pseudo-Plutarch. de Flumin. p. 1155.) *ὅ ἐστι βασιλικόν.* quæ habet Eustath. ad Iliad. Γ. p. 381. et ad Od. T. p. 1854. Sext. Empir. adv. Mathem. I. 313. *Οἱ παρὰ Σοφοκλεῖ ποιμένες, Ἰὼ βαλλὴν λέγοντες, ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι, Φρυγιστί.* Vocem Phœniciam esse aiunt Salmasius, Bochartus, et Spanhemius ad Callim. p. 56.

664. Κόρυμβον. *Apex. καθόλου πάντα τὰ μετέωρα, καὶ εἰς ὕψος ἀνατείνοντα κορύμβους λέγουσιν.* Hesych. Plerumque de navium aplustribus usurpatur. Vid. supra 417. Formabatur a *κορύς*, quod ab antiqua voce *κόρ caput*, unde *κόρση, κορυφή, κόρταφος*, et per metathesin *κρόταφος*. Hæc vero Æolica erat forma pro *κάρ*, unde *κάρα*. Notum est Æolenses *ο* pro *α* scripsisse. Sic etiam *κορζία* pro *καρδία* Paphii, teste Hesychio.

665. Κροκόβαπτος. *Croco tinctus.* idem quod *κροκοβαφής* in Agam. 1129. In ejusdem fabulæ v. 240. *κρόκον βάφας* significare videtur *velum croco tinctum.* Catullus LIX. 8. *lætus huc, Huc veni, niveo gerens Luteum pede soccum.* Seneca Hippolyto, *Crura distincto religavit auro Luteo plantas cohibente socco.* Virgil. Ecl. VII. 31. *levi de marmore tota Puniceo stabis suras evincta cothurno.*

Ibid. Εὔμαρις. *Calceamenti genus. εἶδος ὑποδήματος.* Hesych. Vid. notas. Persarum cothurnos splendidos ap. Clem. Alexandrinum memorari notavit Stanleius.

667. Τίαρα. *Tiara.* Infulæ genus ad cuspidem perductæ. Photius et Suidas, *Τίαρα. κόσμος ἐπικεφάλαιος, ἣν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις, οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην· καὶ Δημάρατος ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃς δὴ μετὰ Ξέρξου ἦλθεν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἐπὶ*

τινὸς εὐημερίας συγχωρήσαντος αὐτῷ τοῦ βασίλεως ὃ θέλει αἰτήσασθαι, ᾔτήσατο ἐν ὀρθῇ τῇ τιάρᾳ εἰς Σάρδεις εἰσελάσαι, ὡς φησι Φύλαρχος ἐν ἰ (minus recte ap. Suidam ἐν (ἐν)δεκάτῳ.) τὸ δ' αὐτό φασιν εἶναι καὶ κίταριν. Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ περὶ βασιλείας Κυπρίων, τὴν κίταριν, ὡς διάφορον. Legendum ὥς φησι Κλείταρχος ἐν δεκάτῃ. Clitarchi γλῶσσαι apud Athenæum citantur in quibus voces ethnicas explicuerat: vid. VII. p. 300. F. Aristoph. Av. 486. a Stanleio laudatus, Διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων καὶ νῦν, ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας, διαβάσκει Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κυρβασίαν, τῶν ὀρνίθων μόνος, ὀρθήν. ubi Schol. πᾶσι γὰρ Πέρσαις ἐξὴν τὴν τίαραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθήν, ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ. μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο. Plutarch. in Antonio. Ἅμα δὲ καὶ προήγαγε τῶν παιδῶν Ἀλέξανδρον μὲν ἐσθῆτι Μηδικῇ, τίαραν καὶ κίταριν ὀρθὴν ἐχούσῃ. quem locum diverse tentarunt Hemsterhus. ad Polluc. X. 167. Toup. in Lexic. IV. p. 397. Mihi quidem legendum videtur τίαραν (ἦγον κίταριν) ὀρθὴν ἐχούσῃ, ut voces uncinulis comprehensæ grammatici sint cujusdam ad marginem olim appictæ. Erotian. Κυρβασίαν. τὴν λεγομένην τιάραν. Ἑκαταῖος δέ φησιν, ὅτι πῖλον βαρβαρικὸν οἱ κωμικοὶ λέγουσι. Pro κωμικοί forte reponendum Κίλικες, vel aliud nomen gentile. Interdum dicebatur τιάρας masculino genere Hesych. Τιάρα. ἡ λεγομένη κυρβασία. ταύτῃ δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο ὀρθῇ. οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένῃ. Ἡρόδοτος δὲ ἐν ἁ, ἀῤῥενικῶς. (c. 132. Virgil. Æn. VII. 247. sacerque tiaras.) Eadem verba habet Schol. Platon. 185. quibus subnectit, τινὲς δὲ καὶ Κίταριν λέγουσι τὸ αὐτό. Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ περὶ βασιλείας Κυπρίων λέγει τὴν Κίταριν. Fuit autem, ni fallor, κίταρις diadema circa tiaram ligatum. Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 13. προυφαίνετο ὁ Κῦρος ἐφ' ἅρματος, ὀρθὴν ἔχων τὴν τιάραν—εἶχε δὲ καὶ διάδημα περὶ τῇ τιάρᾳ. Et Diodorus quidem κίδαριν diserte vocat διάδημα Περσικόν, XVII. Sed vide interpp. ad Hesych. in voce. Vid. Lucian. Deor. Conc. III. p. 533. Multa de tiara congessit Gataker. A. M. P. c. 24.

668. Φάλαρον. *Frontale.* ἀστραγάλισκος ὁ ἐπὶ τῆς περικεφαλαίας. Hesych. A φάλος *crista.* Homer. Iliad. Π. 105. βάλλετο δ' αἰεὶ Καπφάλαρ' εὐποίηθ'. Quid fuerit patet ex Herodoto I. 216. Cf. Theb. 457. cum Sophocl. Œd. Col. 1069.

Ibid. **Πιφαύσκω.** *Ostendo.* ἐμφανίζω Apollon. Lex. Homer. Cf. notas. Agam. 22. ἡμερήσιον Φάος πιφαύσκων. Video apud Heynium quosdam MSS. in locis Homericis præbere πιφάσκω. πιφάσκετο MSS. nonnulli in Apoll. Rhod. III. 605. IV. 1346.

669. **Βάσκω.** *Propero.* Apollon. Βάσκε. πορεύου. Iliad. B. 8. &c. formatum a βάω vel βῆμι ut φάσκω a φάω vel φημί.

670. **Ἰαυοῖ.** Schol. Aristoph. Ran. 1051. Ἰαυοῖ—ἐπιφώνημα πρὸς τὸν Διόνυσον λεγόμενον χαρᾶς ἐπελθούσης. Suidas. Ἰαῦ. σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα. ex Aristoph. Ran. 271. Ἰαῦ. ubi Schol. μίμημά ἐστι συριγμοῦ. Photius Ἰβύ, μέγα, ἀντὶ τοῦ ἀναφθεγξάμενοι μέγα, οὕτω Τηλεκλῆς. Aliquando legendum putabam Ἰαῦ. Sed verius corrigo Ἰβυκήσαντες μέγα. ἀντὶ τοῦ ἀ. μ. οὔ. Τηλεκλείδης.

671. * **Καινόκοτος.** *Recens.* Vide notas.

673. **Ἀχλύς.** *Caligo. Nebula.* ἡ τῶν ὀφθαλμῶν σκότωσις. Apollonius, ex Iliad. E. 696. ἐπὶ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς. et sic alibi. Hic autem intellige *doloris nubem,* vel etiam *lacrymarum.* Theb. 213. πολλάκι δ' ἐν κακοῖσι τὸν ἀμάχανον Ἐκ χαλεπᾶς δύας, ὑπερθ' ὀμμάτων κρημναμέναν νεφελᾶν, ὀρθοῖ. Prom. 147. λεύσσω, Προμηθεῦ· φοβερὰ δ' Ἐμοῖσιν ὄσσοις ὁμίχλα Προσῆξε πλήρης δακρύων. Eurip. Herc. F. 740. Αἴ, αἴ, στεναγμῶν γάρ με περιβάλλει νέφος.

674. **Νεολαία.** *Juventus.* νέων ἄθροισμα. Hesych. Photius Νεολέα, νέος λαός—Νεολέαν, νεότητα, τετρασυλλάβως οἱ Ἀττικοί. (Ἀριστοφάνης) Βαβυλωνίοις· Ὦ Ζεῦ, τὸ χρῆμα τῆς νεολέας ὡς καλόν.—Νεολέος, ἔφηβος. Νεολέα etiam MS. Pollucis II. 11. Phrynich. App. Soph. p. 52, 25. Νεολαία. ἔστι νέος λαὸς ἡ νεότης, παρ' ὃ γέγονεν ἡ νεολαία. Cf. p. 65, 21. Facete Etymologus Gudianus p. 406, 2. Νεολαία ὁ ἐν τῷ ναῷ ἑστὼς λαός. Noster Suppl. 694. εὐμενὴς δ' ὁ Δύκειος ἔστω πάσᾳ νεολαίᾳ. Eurip. Alc. 103. οὐ νεολαίας Δουπεῖ χεὶρ γυναικῶν. (sic enim lego) ubi vid. Gaisford. Theocr. XVIII. 24. θῆλυς νεολαία. Ælian. ap. Suid. v. Ἀγονία.

Διεφθείρετο ἡ νεολαία. Equidem suspicor veram hujus vocis scripturam esse νεολεία.

685. Τρίσκαλμος. *Triremis.* proprie vero *tres* σκαλμοὺς *habens.* vid. supra ad 381. infra 1076. Scaliger. ad Euseb. p. 66. "Est σκαλμός paxillus, ad quem alligatur remus. Quare alia mente, ut multa, Æschylus Persis νῆες τρίσκαλμοι pro *triremibus* dixit, quum τρίσκαλμος ναῦς tantum dici possit, quæ trinis remis agitatur." Non recordatus est vir magnus eandem objectionem in τριήρης et *triremis* cadere. Ephippus Athenæi VIII. p. 347. B. memorat κέλητας πεντεσκάλμους.

686. *Ἄναυς. *Quæ non amplius navis est.* Oxymoron.

689. Χαράσσω. *Incido.* quæ vox proprie de nummis incusis dicebatur; unde corrigendus est Athenæus I. p. 19. D. Matreas quidam quæstiones ludicras conscripsit ad imitationem Problematum Aristotelis, Διὰ τί ὁ ἥλιος δύνει μέν, κολυμβᾷ δ' οὔ. Διὰ τί οἱ σπόγγοι συμπίνουσι μέν, συγκωθωνίζουσι δ' οὔ. καὶ τὰ τετράδραχμα καταλλάττεται μέν, ὀργίζεται δ' οὔ. Legendum censeo, τὰ τετράδραχμα ΧΑΡΑΤΤΕΤΑΙ μέν, ὀργίζεται δ' οὔ. Hesych. Κεχαραγμένος. ὠργισμένος. ex Herodot. VII. 1. μεγάλως κεχαραγμένος τοῖς Ἀθηναίοις. Cf. Eurip. Med. 158. Pollux IX. 75. de faciebus in tetradrachmis repræsentatis, τὰς κόρας, αἷς ἐνεκεχάρακτο Ἀθηνᾶς πρόσωπον. Unde nummi signum χαρακτήρ dicitur, Eurip. Electr. 559. et hinc ad humanum vultum, et postea ad mentis indolem transiit. [Sic olim scripsi, sed in Athenæi loco satis bene se habet καταλλάττεται, quæ vox significat vel *permutantur*, vel *reconciliantur*.]

691. Πρευμενής. Vid. supra v. 225.

693. Ψυχαγωγός. *Animam eliciens.* Plato Legg. X. p. 674. C. τοὺς τεθνεῶτας φάσκοντες ψυχαγωγεῖν. Eurip. Alc. 1131. Οὐ ψυχαγωγὸν τόνδ' ἐποιήσω ξένον. ubi Schol. ψυχαγωγοὶ—οἵτινες καθαρμοῖς τισι καὶ γοητείαις τὰ εἴδωλα ἐπάγουσί τε καὶ ἐξάγουσι. Æschylus scripserat tragœdiam cui titulus Ψυχαγωγοί, de qua hæc

habet Phrynichus MS. Bibl. Coislin. p. 469. Ψυχαγωγός. *οἱ μὲν Ἀλεξανδρεῖς τὸν τῶν παίδων ἀνδραποδιστὴν οὕτως καλοῦσιν. οἱ δ' ἀρχαῖοι τοὺς τὰς ψυχὰς τῶν τεθνηκότων γοητείαις τισιν ἄγοντας. τῆς αὐτῆς ἐννοίας καὶ τὸ Αἰσχύλου τὸ δρᾶμα Ψυχαγωγός.* Sed nusquam alibi hujus fabulæ titulum in singulari elatum offendi. Lege *Ψυχαγωγοί.*

Ibid. Ὀρθιάζω. *Clamorem edo.* ab *ὄρθιος*, de qua voce supra ad 395. Choeph. 269. *κἀξορθιάζων πολλά.* Infra 1051. *ἐπορθίαζε νῦν γόοις.* Agam. 29. *Ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι Ἐπορθιάζειν.* Cf. ibid. 1122. Harpocrat. *Ἀνωρθίαζον. Ἀνδοκίδης, ἀντὶ τοῦ ὄρθιον βοῶντες ἔλεγον.*

694. Εὐέξοδος. *Exitum facilem habens.* Theocritus (seu potius poeta Ionicus cujus carmen est inter Theocritea XII.) *ἀνέξοδον εἰς Ἀχέροντα.* Philetas ap. Stob. CXVII. p. 599. *ἄτραπον εἰς Ἀΐδεω Ἥνυσα, τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἦλθεν ὁδίτης.* Anacreontica ibid. *Ἀΐδεω γάρ ἐστι δεινὸς Μυχός· ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν Κάθοδος· καὶ γὰρ ἕτοιμον Καταβάντι μὴ ἀναβῆναι.* Hæc omnia cum Virgil. Æn. VI. 128. jam olim comparaverat F. Ursinus. Stanleius addit Catulli *Illic, unde negant redire quenquam.* Adjice Antipat. Sidon. CX. *ἐς γὰρ ἄκαμπτον, Ἐς τὸν ἀνόστητον χῶρον ἔβης ἐνέρων.* Eleganter Euripides in fragmento ap. Lexicon SanGerman. Bekkeri Anecd. Græc. I. p. 344. *θεοὶ χθόνιοι, Ζοφερὰν ἀδίαυλον ἔχοντες ἕδραν Τὴν φθειρομένων Ἀχερόντειαν Λίμνην.*—*ἀδίαυλος* est locus, unde nemo queat *κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν.*

697. * Ἐνδυναστεύω. *Principem inter illos locum obtinens.* "Veterum opinio erat, reges, qui virtute et factis excelluissent, apud inferos magna in dignitate esse, imperiumque in mortuorum simulacra seu animas exercere. Apud Sophoclem El. 841. Amphiaraus *ὑπὸ γαίας πάμψυχος ἀνάσσει.* Ulysses in Necyia, Achilli ait v. 481. *σεῖο δ', Ἀχιλλεῦ, Οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, οὔτ' ἄρ' ὀπίσσω, Πρὶν μὲν γάρ σε ζωὸν ἐτίομεν ἶσα θεοῖσιν Ἀργεῖοι· νῦν δ' αὖτε μέγα κρατέεις νεκύεσσιν Ἐνθάδ' ἐών.*" *Brunckius.* Vere. Sic in Choeph. 354. Agamemnon dicitur *κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων Σεμνύτιμος ἀνάκτωρ,*

Πρόπολος τε τῶν μεγίστων Χθονίων ἐκεῖ τυράννων. Βασιλεὺς γὰρ ἦς ὅφρ' ἔζης. Eurip. Hecub. 549. ἐν νεκροῖσι γὰρ Δούλη κεκλῆσθαι, βασιλὶς οὖσ', αἰσχύνομαι. Nec aliter Virgilius, *nam te nec sperent Tartara regem, Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.* Hanc notionem facete pervertit Aristophanes Ran. 773.

699. Νεοχμός. *Novus.* Glossar. in Prometh. 153.

Ibid. Ἐμβριθής. *Onerosus.* Hesych. Ἐμβριθές. βαρύ, στιβαρόν. Eodem sensu ἐπιβριθὴς Eumen. 963. penultimam producit.

701. Ἀντία. *Coram.* Adverbialiter usurpatum. Odyss. O. 376. ab Abreschio advocatus, ἀντία δεσποίνης φάσθαι. quod exemplum facit ut nonnihil de interpunctione mea addubitem.

704. * Μακιστήρ. *Prolixus.* μήχους ἐχόμενος, Schol. De hac voce nihil omnino statuere possum, præter hoc, quod a μάκιστος provenisse non potest. Vid. notas. Mox de structura τὴν ἐμὴν αἰδῶ, vid. Glossar. in Prom. 396. Sophocl. Œd. T. 969. τῷμῷ πόθῳ.

710. Ξύννομος. *Particeps.* Hujus loci non recordatus sum in Glossar. ad Theb. 347.

713. Χερσός. *Terra.* Hanc vocem illustravi ad Theb. 64.

714. Μάσσων. Vid. supra 444. De formula τείνειν βίοτον vid. Glossar. in Prometh. 548.

717. Βίοτος εὐαίων. *Vita prospero tenore acta.* Sophocl. Phil. 80. εἰς τά γ' ὕστερον Τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν.

718. Ζηλῶ. *Beatum puto.* Prom. 338. Ζηλῶ σ', ὅθ' οὕνεκ' ἐκτὸς αἰτίας κυρεῖς. ubi vid. Glossar.

720. Διαπορθέω. *Penitus everto.* Homer. Iliad. B. 691. Δύρνησσον διαπορθήσας, καὶ τείχεα Θήβης. Sophocl. Ajac. 885. Ὤιχωκ', ὄλωλα, διαπεπόρθημαι, φίλοι.

Ibid. Ὡς εἰπεῖν ἔπος. *Ut verbo dicam.* Plato Sympos. p. 320. F. ὡς ἔπος εἰπεῖν. ubi Schol. ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν. (lege ὡς ἐνὶ λόγῳ, ut in Phædon. p. 65. ed. Wyttenb. corruptius Phavorinus ὡς ἐν λίγῳ, errore satis obvio.) dein recenset formulas ὡς εἰπεῖν ἔπος, ὡς φάναι ἔπος, ὡς φάναι, et ὡς εἰπεῖν. Phæd. 12. ὀφθαλμῶν τε καὶ ὠτῶν, καί, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ξύμπαντος τοῦ σώματος. Apolog. 1. καίτοι ἀληθές γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν εἰρήκασι. Eurip. Hippol. 1157. Ἱππόλυτος οὐκέτ' ἐστίν, ὡς εἰπεῖν ἔπος. Thucydides VI. 30. ἔπος omittit. ξυγκατέβη δὲ καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος ἅπας, ὡς εἰπεῖν, ἐν τῇ πόλει. Herodot. VIII. 114. ἁπάγων τῆς στρατιῆς οὐδὲν μέρος, ὡς εἰπαι. Cf. P. Leopard. Emend. VIII. 21. Bacchylid. p. 202. Ursin. ὡς δ' ἅπαξ εἰπεῖν. Herodot. II. 37. ὡς εἰπεῖν λόγω. Thucyd. VII. 58, 67. ὡς εἰπεῖν. ὡς ἔπος εἰπεῖν Demosth. de Coron. p. 52. ed. Harles. c. Leptin. §. 118. Vid. Heindorf. ad Platon. Hipp. Maj. p. 132. Buttmann. ad Platonis dial. quat. p. 239. Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. p. 144. Cum loco Scholiastæ Platonis cf. Aristot. Eth. Nic. p. 22. Sylb. καὶ ἐνὶ δὴ λόγῳ.

721. Σκήπτος. *Fulmen.* κεραυνὸς ἄνωθεν διάπυρος. Photius et Hesych. Sophocl. Antig. 418. Τυφὼς ἀείρας σκηπτόν, οὐράνιον ἄχος. ubi Schol. Σκηπτὸς λέγεται πᾶν πνεῦμα θυελλῶδες, ὅταν συνερείδῃ τῇ γῇ καὶ πάλιν ἄνω αἴρῃ. Supra 107. ἐπέσκηψε δὲ Πέρσαις πολέμους πυργοδαΐκτας.

724. Θούριος. *Acer.* Infra 760. idem quod θοῦρος, supra 142. Mox notat Scholiasta, Ἡρόδοτος ζ' φησὶ Δαρείου παῖδας, Ἑλλανικὸς δὲ ιά.

Ibid. Πλάξ. *Planities.* Photius, Πλάκα. τὴν χώραν. Sophocl. Œd. T. 1103. πλάκες ἀγρόνομοι. Trach. 273. Lycophr. 98. Infra 944.

725. Μωραίνω. *Stultus sum.* Eurip. Med. 614. καὶ ταῦτα μὴ θέλουσα μωρανεῖς, γύναι.

728. Ζεύγνυμι. *Pontem injicio.* Herodot. VII. 8. μέλλω, ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, ἐλᾶν στρατιὰν δι' Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα,

ἵνα Ἀθηναίους τιμωρήσωμαι. Ibid. 24. προσετέτακτο καὶ τὸν Στρύμονα ποταμὸν ζεύξαντας γεφυρῶσαι. Et sic alibi. Mihi autem persuasum est, fabulam de catenis a Xerxe Hellesponto immissis, apud Herodotum relatam VII. 35. ab hujusmodi locutione male intellecta profluxisse, forte ex ipso Æschyli loco infra 751. ubi δεσμώμασιν de pontis ligamentis recte cepit Schutzius. Quam facile autem hujusmodi fabulæ oriantur, alio etiam exemplo videre est. Historiam de Themistocle ab Eurybiade baculo percusso (quam narrat Plutarchus in vita ejus p. 117.) ab Herodoti loco VIII. 59. originem traxisse, nemo, ut opinor, semel monitus dubitabit: nec erat cur Larcherus miraretur Herodotum rem silentio transmisisse, quam ille ne fando quidem audiisset. Eodem fere modo, quum narrasset Herodotus VI. 114. Cynegirum, dextra amputata, qua navem arripuisset, cecidisse; historiam finxit aliquis, quam accepit Justinus II. 9. de altera ejus manu præcisa, rostroque mordicus prehenso. Vid. Larcher. ad Herodot. T. IV. p. 459.

729. Βόσπορος. *Hellespontus* sic olim dicebatur. Sophocl. Ajac. 870. ῥυτῶν Βοσπορίων ποταμῶν. ubi Schol. ἴσως τῶν Ἑλλησποντίων—δύο δέ εἰσι Βόσποροι, ὁ μὲν κατὰ τὴν Προποντίδα, ὁ δὲ Θρακικός, ὡς φησι Φιλέας. Schol. in Apollon. Rhod. II. 168. Βόσπορος ὀνομάζεται—διὰ τὸ πάντας τοὺς στενοὺς πορθμοὺς Βοσπόρους καλεῖσθαι. Hæc et plura notavit Abresch.

730. Ξυνάπτομαι. *Tango. Prehendo.* Quo sensu vix alibi reperitur. Plerumque dicitur ἀνθάπτομαι vel ἅπτομαι. Vid. ad v. 709. Alio sensu, ipso quoque singulari, dicitur infra 748. χὠ θεὸς ξυνάπτεται, pro ξυλλαμβάνει. Etiam nos Angli dicimus, *His brain is touched*, sed hoc ob rationes physicas.

735. Παμπήδην. *Penitus.* παντελῶς. Photius. Non formatur a πάμπαν, quod ait Etymologus, sed ex πᾶς et πάομαι possideo. Vid. Glossar. in Theb. 818. v. Παμπησία. Theognis 615. παμπήδην ἀγαθὸν καὶ μέτριον ἄνδρα. Sophocl. Ajac. 916. ἀλλά νιν περιπτυχεῖ Φάρει καλύψω τῷδε παμπήδην. Nicand. Alex. 37. ἦ γὰρ ἀνιγροὺς Παμπήδην ὕρακας λιχμήρεας ἠρήμωσεν.

738. Ἐρρω. *Abeo. Pereo.* Hesych. Ἐρρει. ἀπόλωλεν, ἔφθαρται. Hippocratis Lacedæmonii Epistola ap. Xenoph. Hell. I. p. 252. scripta post Cynossemate pugnam navalem, in qua Mindarus profligata classe interfectus est; Ἐρρει τὰ καλά. Μίνδαρος δ' ἀπέσσυται. Πεινῶτι τῶνδρες· ἀπορέομες τί χρὴ δρᾷν. Quos versus Hipponacteos effecit Valckenaer. in Theocrit. Adoniaz. p. 264. legendo ἀπέσσουα, et ἀποριῶμες ὅ τι χρὴ δρᾷν. Mihi quidem legendum videtur, Μίνδαρος γὰρ ἠσσοῦται, vel ἐσσοῦται. Homer. Iliad. Θ. 164. Ϝέρρε, κακὴ γλήνη. Iliad. I. 364. τὰ κάλλιπον, ἐνθάδε Ϝέρρων, explicat Apollonius μετὰ φθορᾶς πορευόμενος. quo sensu primario Noster Eumen. 882. Ἄτιμος ἔρρειν τοῦδ' ἀπόξενος πέδου. Cf. ibid. 301. 745. et Valckenaër. ad Eurip. Hippol. 973. Ruhnken. ad Timæum p. 120. Lexic. Sangerm. ap. Bekker. Anecd. Græc. p. 402. Ἀνήρρησεν, ἀνεφθάρη· Ὡς μόλις ἀνήρρησ'· οὐδέν ἐσμεν οἱ σαπροί. Εὔπολις Πόλεσιν. Eupolis scripserat ἀπήρρησ', ut Cratinus infra p. 422. Οὐκ ἀπερρήσεις σὺ θᾶττον; ἀποτιλῶ σε τήμερον.

Ibid. Πανώλης. *Qui funditus periit.* Theb. 548. ἢ τὰν πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοίατο. idem ac πανώλεθρος ibid. 930. hujus fabulæ 568. Minus recte Scholiasta interpretatur ἀνδρεῖος καὶ πολεμικός. Quæ sequuntur voces, οὐδέ τις γέρων, nonnihil difficultatis in se habent. Scholiasta legebat οὐ δέ τις γέρων, *populus quidem periit; non item senes:* quod quam sit frigidum, ne ipsum quidem Grammaticum latuisse opinor. Exspectat lector, οὐδέ τις νέος. Si vulgata recte se habeant, verteris, *ne unus quidem senex superest.*

740. Μονάς. *Singularis.* Rarius pro adjectivo usurpatum fuit. (Eurip. Andr. 854. Bacch. 609.) Inter philosophos et theologos est *unitas.* Ceterum ut hic dicitur Xerxes μονὰς—οὐ πολλῶν μέτα, sic Eurip. Hecub. 1130. μόνον δὲ σὺν τέκνοισί μ' εἰσάγει. Herodot. VI. 15. μετ' ὀλίγων συμμάχων μεμονωμένοι. ubi confert Wesselingius Thucyd. VI. 10. μονωθεὶς μετ' ὀλίγων ξυνδιαβάντων. Multo durius est quod habet Xenoph. Ephes. p. 36. πάντας ἀπέκτεινε, ὀλίγους δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβε.

746. Ἐπισκήπτω. *Impingo.* Vid. supra 101.

Thucyd. I. 83. *πόλεμον ἀραμένους.* Plura videas apud Elmsleium ad Eurip. Heraclid. 503. Minus accurate comparavit Abreschius locutionem Franco-Gallicam, *lever des soldats.* Est autem *ἀρῶ*, prima producta, futurum ab antiquo themate *ἀείρω.* Choeroboscus ap. Etymol. M. p. 38,31. *ἀείρω—ὁ μέλλων ἀερῶ· ὁ ἀόριστος ἦειρα—καὶ ἡ μετοχὴ ἀείρας· καὶ κράσει τοῦ ᾱ καὶ ε̄ εἰς ᾱ μακράν, ἄρας.* Cum his confer Porson. ad Med. 848.

811. Ἄρδω. *Irrigo.* Vid. supra 493. idem quod *ἀρδεύω* Prometh. 876. *ὃς καρπώσεται Ὅσον πλατύῤῥους Νεῖλος ἀρδεύει χθόνα.* Falso Lexic. Sangerman. in Bekkeri Anecd. Gr. T. I. p. 443. *Ἀρδεύειν παρ' Ἀντιφάνει μόνῳ. ἐκ τοῦ ἐναντίου δὲ ἄρδειν, οὐκ ἀρδεύειν λέγουσι.* Dicitur autem cum sensu fertilitatis et incrementi. Eurip. Suppl. 206. *ὡς τά τ' ἐκ γαίας τρέφῃ, Ἄρδῃ τε νηδύν.* Apud Xenoph. Sympos. II. 24. *οἶνος* dicitur *ἄρδειν τὰς ψυχάς*, quod nescio an Aristophani debeatur, Eq. 98. *Ἀλλ' ἐξένεγκέ μοι ταχέως οἶνον χοᾶ, Τὸν νοῦν ἵν' ἄρδω, καὶ λέγω τι δεξιόν.* (quem versum citant Schol. Venet. ad Iliad. Σ. 521. Eustath. pp. 642, l. 693, 5. 735, 58. MS. ap. Hermann. de Em. Gr. Gramm. p. 446.) Plato Rep. VIII. p. 494. B. *τοῦ μὲν πατρὸς αὐτοῦ τὸ λογιστικὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἄρδοντος καὶ αὔξοντος.* Herodotus hoc verbum posuit de eo qui equum potum agit, V. 12. *ἦρσε τὸν ἵππον.*

Ibid. Πίασμα. *Quidquid pinguefacit.* Stanleius confert Dionys. Perieg. 227. *Ὕδατι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο.* et Virgil. Æn. IX. *pinguis flumine Nilus.*

812. Ὕψιστος. *Summus. Maximus.* Lycophr. 306. *Οἰκτρὸν γάρ, οἰκτρὸν κεῖν' ἐπόψομαι φάος Καὶ πημάτων ὕψιστον.*

Ibid. * Ἐπαμμένω. *Maneo. Expecto.* Prometh. 625. *ἀλλά μοι Τορῶς τέκμηρον ὅ τι μ' ἐπαμμένει παθεῖν.* Contractum ab *ἐπαναμένω.* Herodot. VIII. 142. *ἐπανέμειναν διατρίβοντες.*

814. Βρέτας. *Simulacrum.* pro ædibus positum, ut sæpius ἄγαλμα. Stanleius confert Herodot. VIII. 109. *ὃς τὰ ἱρὰ*

καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο ἐμπικράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν ἀγάλματα.

815. Πίμπρημι. *Incendo.* Incertus sum an primum μ serioris ævi additamentum fuisse statuam, veteres autem scripsisse πίπλημι et πίπρημι, secundum consuetudinem verborum in μι. ἐμπίφρημι occurrit in Aristot. Hist. Anim. V. 1. ἐμπίπρημι sæpius apud Herodotum, ἐμπιπρᾶσι Thucyd. III. 74. ἐμπίπλημι Homer. Iliad. Φ. 311. Ἀλλ' ἐπάμυνε τάχιστα καὶ ἐμπίπληθι ῥέεθρα. Grammaticus ap. Etymol. M. p. 477, 48. πλῶ, πλῆμι, πίπλημι. πιπλάντων metrum postulat Choeph. 359. βασιλεὺς γὰρ ἦς ὄφρ' ἔζης Μόριμον λάχος πιπλάντων. Nec syllabæ quantitas obstat: vid. Erfurdt. ad Sophocl. Œd. T. p. 414.

816. Ἄϊστος. *Amotus.* Vid. ad Prometh. 946.

817. Πρόῤῥιζα. *Radicitus.* Hesych. Πρόῤῥιζον. σὺν ταῖς ῥίζαις ἀνασπώμενον. Sophocl. Electr. 509. Μυρτίλος—παγχρύσων δίφρων—πρόῤῥιζος ἐκριφθείς. ibid. 764. τὸ πᾶν δὴ δεσπόταισι τοῖς πάλαι Πρόῤῥιζον, ὡς ἔοικεν, ἔφθαρται γένος. Eurip. Hippol. 681. Ζεύς σ', ὁ γεννήτωρ ἐμός, Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν. ubi vid. Monk. et Glossar. in Theb. 71.

Ibid. Φύρδην. *Mixtim.* Vid. notata ad v. 54.

820. Κρηπίς. *Fundus.* ὑποβάθρα, θεμελίωσις. Eurip. Troad. 16. κρηπίδων βάθροις. Pindar. Pyth. IV. 25. Βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων. VII. 3. κρηπῖδ' ἀοιδᾶν βαλέσθαι. Idem ap. Plutarch. p. 552. B. ὅθι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεννὰν Κρηπῖδ' ἐλευθερίας. "Imago petita est ex natura vasis aut putei, qui non prius exhauritur, quam ad fundum perveneris." *Schutz.*

Ibid. *Ἐκπιδύομαι. *Scaturio.* Etymol. M. p. 671, 19. Πίδαξ· σταγών, πηγή. παρὰ τὸ πίω, ἀφ' οὗ καὶ πιεῖν. (Vid. Glossar. in Prometh. 488.) ἀπὸ τούτου γίνεται καὶ πιδύω, καὶ Πιδύτης κύριον. vid. Eustath. p. 677, 32. Hesych. Κηκίει· πηδᾷ, πιδύει. Ex Proverb.

XVIII. 4. vers. LXX. ἀναπηδύειν inter voces probabiliter Alexandrinas retulit Sturzius. Sed manifesto scribendum ἀναπιδύειν. Simili menda laborant Phavorinus et Philemon Lex. Techn. v. Ἀναβάλλω. —ὡς δηλοῖ παρὰ Καλλιμάχῳ τὸ, Κρηνὴ λευκὸν ὕδωρ ἀνέβαλλεν. (Fr. CCXCVIII.) ἀναπηδύον δηλαδὴ καὶ ἀναβλύζον. Voce ἀναπιδύω utitur Eustath. ad Iliad. B. p. 309, 42. Erotianus, emendatus a Piersono, Verisim. p. 112. Ἐπίδυεν. ἐπεδιέῤῥει καὶ διεπήδα. Hippocratem respicit, ibidem restitutum, καὶ ἐδόκεε τὸ ὀστεὸν οὐχ ὑγιὲς εἶναι· καὶ ἐπίδυεν ἐξ αὐτοῦ ὀλίγον αἷμα. Satyrus in Anthol. I. 65. 7. Ἢ καλὸν αἱ δάφναι, καλὸν δ' ὑπὸ πυθμέσιν ὕδωρ Πιδύει, πυκινὸν δ' ἄλσος ἐπισκιάει. Leonidas Tarent. Brunck. Analect. I. p. 232. ἐκ δὲ μετώπων Ἱδρὼς πιδύων στῆθος ἐπισταλάει. Penultimam in πιδύω corripit Nicander. Theriac. 302. αἷμα δι' ἐκ ῥινῶν τε καὶ αὐχένος, ἠδὲ καὶ ὠτῶν Πιδύεται, χολόεντι νέον πεφορυγμένον ἰῷ. nisi legendum πιδύει.

821. Πέλανος. *Grumus.* Schol. Apollon. Rhod. I. 1077. πέλανοι· πέμματα ποιᾶ. Ἀττικοὶ δὲ πᾶν τὸ πεπηγὸς οὕτω λέγουσι. πέλανος ὁ διαπεπηγμένος καὶ ῥυπαρὸς [ἀφρὸς] κατὰ Ἀττικούς· ὡς καὶ Εὐριπίδης (Orest. 214.) στόματος ἀφρώδη πέλανον. Schol. ad Euripidis locum, πέλανον ἐνταῦθα τὸν πεπηγότα ῥύπον ὑπὸ τοῦ ἀφροῦ, unde vocem ἀφρὸς in Apollonii Scholiasta supplevi. Etymol. M. p. 659, 15. Ἀττικοὶ δὲ λέγουσι πέλανον πᾶν τὸ πεπηγός, ὡς Εὐριπίδης περὶ τοῦ ἀφροῦ περὶ τοὺς ὀδόντας. Scholiasta ad v. 209. hujus fabulæ, πέλανος, κυρίως ὁ πεπηγὼς ῥύπος. Ἄλλως. ὁ ἀφρὸς ὁ γινόμενος ἐν τῇ χύτρᾳ. Noster Eumen. 265. sarguinem vocat ἐρυθρὸν ἐκ μελέων πέλανον. Eurip. Alcest. 850. Iph. T. 300. αἱματηρὸν πέλανον. Incert. Rhes. 430. αἱματηροὺς πέλανος. De pituita in oculis Heliodorus ap. Stob. p. 421. κεροειδέα δ' ἀμφὶ χιτῶνα Οἶδος πιαλέοισι περιβριθῆ πελάνοισι.

822. Δωρίς. *Peloponnesiaca.* Λακωνική. Schol. minus recte. Theocrit. Adoniaz. 92. Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες. Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι. Thucyd. VI. 77. ὅτι οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσίν, οὐχ Ἑλλησπόντιοι, καὶ νησιῶται—ἀλλὰ Δωριεῖς ἐλεύθεροι ἀπ' αὐτο-

νόμον τῆς Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες. Miror profecto Æschylum tantum honoris Peloponnesiacis tribuisse: forsan aliquis suspicetur hos versus in secunda hujus fabulæ repræsentatione additos fuisse, in Syracusanorum gratiam.

823. Θίς. *Cumulus.* Ptolem. Ascalon. §. 14. Ἀκταὶ μέν εἰσιν οἱ πετρώδεις τόποι παρακείμενοι τῇ θαλάσσῃ, ἀπὸ τοῦ ἄγνυσθαι τὰ κύματα ταῖς πέτραις προσαρασσόμενα. Θῖνες δὲ οἱ ἀμμώδεις αἰγιαλοί. Sed θίς proprie σῶρος est. Odyss. M. 45. πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς Ἀνδρῶν πυθομένων, quæ imitatus est Themistius Or. III. vers. fin. κρημνοὶ δὲ αὐτὸ καὶ φάραγγες περεῖχον, καὶ θῖνες ὀστέων ἀνθρωπίνων σεσωρεύμενοι.

Ibid. * Τριτόσπορος γονή. *Tertium posterorum genus.* Simile fere compositum θηλύσπορος Prometh. 880. Locum sic vertit Grotius. *Aggesta cumulis ossa sine vocis sono, Documentum ad oculos tertiæ sobolis ferent, Caveant sibi placere mortales nimis,* in postremis minus accurate. Vide de sententia disserentem Valckenaerium Adnot. Crit. in Loca quædam N. F. p. 328.

825. Ὑπέρφευ. *Supra modum.* Phrynich. Apparat. Sophist. p. 51. Μηδὲν ὑπέρφευ. Κρατῖνος. ἐπὶ (ἀντὶ) τοῦ μηδὲν ἄγαν. et p. 69. Ὑπὲρ τὸ φεῦ. οἷον ὑπερβαλλόντως καὶ ἐκπληκτικῶς. τὸ γὰρ φεῦ ἐπὶ ἐκπλήξεως τίθεται. Sic autem significabit *supra interjectionem* vel *exclamationem,* et proprie dici poterit de calamitate quavis μείζονι ἢ κατὰ δάκρυα, ut ait Thucydides, quo tamen sensu non reperitur. Noster Agam. 385. φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ. Eurip. Phœnisa. 559. τί τὴν τυραννίδ', ἀδικίαν εὐδαίμονα, Τιμᾷς ὑπέρφευ; Quum ista Phrynichi interpretatio valde coacta sit, pene adducor ut credam hanc vocem antiquitus scriptam fuisse ὑπερφῦ, ab adjectivo ὑπερφυής. Hesych. Ὑπερφυᾶ. ὑπὲρ φύσιν μέγαν. Aristoph. Nub. 76. Μίαν εὖρον ἀτραπὸν δαιμονίως ὑπερφυᾶ. Acharn. 142. Καὶ δῆτα φιλαθήναιος ἦν ὑπερφυῶς. Vulgatam scripturam tuetur Valckenaerius ad Phœnissarum locum.

827. Ἐξαμάω. *Meto. Decerpo.* Agam. 1660. ἀλλὰ καὶ τάδ'

ἐξαμῆσαι πολλὰ δύστηνον θέρος. Eurip. ap. Stob. p. 71.377. *βίᾳ νυν ἕλκετ' ὦ κακοὶ τιμὰς βροτοί, Καὶ κτᾶσθε πλοῦτον πάντοθεν, θηρώμενοι Σύμμικτα, μὴ δίκαια καὶ δίκαι' ὁμοῦ. Ἔπειτ' ἀμᾶσθε τῶνδε δύστηνον θέρος.* Bacch. 1314. *ἐξήμησα κάλλιστον θέρος.* Vid. nott. ad Theb. 597.

828. Ἐπιτίμιον. *Merces.* Semper apud tragicos in plurali usurpatur: vid. Glossar. in Theb. 1023.

831. Ἐκχέω. *Effundo.* i. e. *perdo.* Eurip. Philoct. fr. II. *Ὀκνῶ δὲ μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέαι χάριν.* sic apud Virgilium, *ibi omnis Effusus labor.* Theognis. 109. *ἢν δ' ἓν ἁμάρτῃς, Τῶν πρόσθεν πάντων ἐκχέχυται φιλότης.* Sophocl. Phil. 13. *Μὴ καὶ μάθῃ μ' ἥκοντα, κἀκχέω τὸ πᾶν σόφισμα.* Plato Crit. 10. *ἢ πᾶσαι ἡμῖν ἐκεῖναι αἱ πρόσθεν ὁμολογίαι ἐν ταῖσδε ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις ἐκκεχυμέναι εἰσί.*

832. Κολαστής. *Castigator.* Sophocl. ap. Polluc. IX. 140. (Θεοὶ) *κολασταὶ κἀπιτιμηταὶ κακῶν.* Eurip. Suppl. 256. *Οὗτοι δικαστὴν σ' εἰλόμην ἐμῶν κακῶν—Οὐδ', εἴ τι πράξας μὴ καλῶς εὑρίσκομαι, Τούτων κολαστὴν κἀπιτιμητήν, ἄναξ.* Vid. notas.

Ibid. Ὑπέρκοπος. *Superbus.* Vid. Glossar. in Theb. 387.

833. Εὔθυνος. *Qui rationem rerum gestarum exigit.* Hesych. Εὔθυνος. *εὐθυντήρ, δικαστικός.* Photius. Εὔθυνος. *ἀρχὴ ἦν τις. ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἕνα κληροῦσιν, τούτῳ δὲ δύο παρέδρους.* Idem. Εὐθῦναι. *οἱ ἀπολογισμοὶ τῶν ἀρξάντων. καὶ εὔθυνοι, οἱ τούτους ἀνακρίνοντες. Πλάτων Νόμων ιβ'.* Minus recte legitur ap. Harpocrat. Εὐθύνης. *ὄνομα ἀρχῆς παρ' Ἀθηναίοις. δέκα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες ἦσαν, παρ' οἷς ἐδίδοσαν οἱ πρεσβεύσαντες ἢ ἄρξαντες, ἢ διοικήσαντές τι τῶν δημοσίων, τὰς εὐθύνας. διείλεκται περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ.* Vid. Glossar. in Prometh. 332. supra v. 218.

835. Πινύσκω. *Doceo.* Ab antiquo verbo *πνύω*, prima producta, cujus perfectum passim apud Homerum occurrit, formatum

est πινύσκω, eadem analogia qua γινώσκω a γνώω. Callim. H. Dian. 152. κερδαλέῳ μύθῳ σέ, θεή, μάλα τῷδε πινύσκει.

836. * Θεοβλαβέω. *Deos injuriis lacesso.* Perperam Scholiasta, τὴν ἐκ τῶν θεῶν βλαβὴν πάσχοντα. Activam vim habet, ut θεοκλυτέω supra 506. Passivo sensu θεοβλαβής dixit Herodot. VIII. 137. et θεοβλάβεια Æschines c. Ctesiph. p. 293. B. δαιμονοβλάβεια Polybius Excerpt. F. Ursin. p. 139.

840. Λακίς. Vid. supra 130.

841. * Στημορῥαγέω. *Staminibus ruptis scindor.* a στήμων *stamen.* Plato Politic. p. 181. τὸ μὲν ἀτράκτῳ τε στραφὲν καὶ στερεὸν νῆμα γενόμενον, στήμονα μέν φασι. Unde Noster in Etymologo MS. apud Ruhnken. ad Timæum p. 177. dixit ἐν μανοστήμοις πέπλοις, i. e. ἀραιοστήμοις. sic enim ante Ruhnkenium olim citaverat Salmasius ad Tertull. de Pall. p. 41.

842. Πραΰνω. Vid. supra 195.

843. Ἀνέχομαι. *Sustineo.* Notent tirones constructionem cum participio. Eurip. Med. 38. Βαρεῖα γὰρ φρήν, οὐδ' ἀνέξεται κακῶς Πάσχουσ'. Heraclid. 353. Νικωμένη γὰρ Παλλὰς οὐκ ἀνέξεται. Herodot. VIII. 26. οὔτε ἠνέσχετο σιγέων, εἴπέ τε ἐς πάντας τάδε. cf. I. 80. V. 19. 48. Thucyd. I. 77. δεινότερα τούτων πάσχοντες ἠνείχοντο. Vid. Monk. ad Hippol. 354. Valckenaer. ad Eurip. Phœn. 550. Orest. 1615. ἀνέχου δ' ἐνδίκως πράσσων κακῶς. Conf. Lysiam T. I. p. 318. Auger. Herodot. VI. 112. et Larcher. ad I. 205. Sic ὑπομένειν cum participio. Vid. Schaefer. ad Sophocl. Œd. T. 1323. μεταμελέσθαι, Thucyd. VII. 50. μετεμέλοντο πρότερον οὐκ ἀναστάντες. Sic II. 47. οὔτε ἤρκουν θεραπεύοντε. Herodot. VI. 9. πειράσθω ἀποσχίζων. Noster Prometh. 663. αἰσχύνομαι λέγουσα. Eurip. Phœn. 459. τάσσων ἔπεσχον. Sic etiam τιμώμενοι χαίρουσι Eurip. Hippol. 8. ubi vid. Monk. (cum isto loco omnino conferendus Hippocrat. de Aër. et Aq. 111. p. 104. ed. Corai. εἰ δὴ τιμώμενοι χαίρουσιν

οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων.) Herodot. VIII. 236. χρεώμενοι—χαίρουσι. De ἀγαίνομαι cum participio vid. ad Agam. 566.

850. Ἐσέρχομαι. *Intro.* Verbum de metu, dolore, ira, et similibus solenne. Plato Rep. I. p. 372. ed. Basil. 2. εἰσέρχεται δέος καὶ φροντίς. Herodot. III. 14. αὐτῷ Καμβύσῃ ἐσελθεῖν οἰκτόν τινα. VI. 125. ἰδόντα δὲ τὸν Κροῖσον γέλως ἐσῆλθε. Thucyd. VI. 31. μᾶλλον αὐτοὺς ἐσῄει τὰ δεινά. Cf. Valckenaer. ad Phœniss. p. 395.

851. Δάκνω. *Mordeo.* Metaphoram plene illustrat Gataker. ad M. Antonin. XI. 18. p. 403.

858. * Πολισσονόμος. *In urbe degens.* idem quod ἀστυνόμος Agam. 83.

859. Ἐπικύρω. *Sorte obtineo.* Compositum rarissimum. Per tmesin Homerus Iliad. Γ. 23. Ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας.

861. * Πανταρκής. *Ad omnia sufficiens.* ὁ πᾶσιν αὐταρκῶν. Hesych. et supra, Πανταρκέα, πᾶσι βοηθόν.

862. Ἰσόθεος. Vid. supra 81.

864. Πρῶτα μέν. *Primum quidem.* Minus recte Abresch. *primi fuimus,* quod esset τὰ πρῶτα, cum articulo. Vid. Brunck. ad Aristoph. Ran. 421. qui comparat Prometh. 456. οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην. Sic Eurip. Med. 125. τῶν γὰρ μετρίων, πρῶτα μὲν εἰπεῖν Τοὔνομα νικᾷ. et πρώτιστα μέν in Prometheo Soluto.

866. * Πύργινος. *Ad turrim pertinens.* Schutzius explicat, *civilia instituta quibus urbes, muris et turribus munitæ, reguntur.* Quod verum esse potest; mihi tamen minime satisfacit.

873. Ἑστία. *Focus.* Metaphorice, *domus.* Grammaticus San-German. ap. Bekker. Anecd. Græc. I. p. 469. Ἀφ' ἑστίας. ἀπὸ τῆς οἰκίας. Sic etiam Suidas. Vid. Casaubon. in Strabon. p. 8. B.

874. Στρυμόνιον πέλαγος. *Maris Ægæi pars septentrionalis, prope Strymonis ostia.*

875. Ἀχελωΐδες. "Urbes maritimæ," inquit Schutzius, "quia, ut recte monet Scholiastes, omne ὕδωρ Ἀχελῷον appellatur." quæ interpretatio, quum sic coactissima, vix cuiquam, ut opinor, placebit. Verum quidem est, Ἀχελῶος generaliter apud antiquos positum fuisse pro ὕδωρ. (vid. F. Ursin. ad Virgil. Georg. I. 9.) sed non nisi pro *aqua fluviali.* Artemidor. II. xxxviii. Ἀχελῶος δὲ τὸ αὐτὸ τοῖς ποταμοῖς καὶ ΠΑΝΤΙ ΠΟΤΙΜΩΙ ΥΔΑΤΙ σημαίνει. Nescio quid de hoc Æschyli loco statuam. Mox verte *adjacentes sedibus Thracicis.*

876. Ἔπαυλον. *Stabulum.* Vid. nott. Apollon. Rhod. I. 800. Θρηϊκίων πέρθεσκον ἐπαύλεις. ubi Schol. τὰς μάνδρας. ἢ καταχρηστικῶς τὰς οἰκίας.

877. Λίμνη. *Mare.* ἡ θάλασσα. Hesych. ubi vide interpp. λίμνας ἔκτοθεν Heathius et Schutzius interpretantur *procul a mari*, quibus minime accedo. Intelligo potius, *extra mare Ægæum*, scilicet, quæ in continente, et circa Hellespontum, itemque Propontida et Bosporum, regi parebant.

878. Χέρσος. *Tellus.* Anglice, *dry land.* Vid. supra 713. Vix innui crediderim Chersonesum.

Ibid. Ἐλαύνω. *Adigo.* Interdum de muris ponitur. Herodot. VII. 139. τὴν ὠφελίην τὴν τῶν τειχέων τῶν διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένων οὐ δύναμαι πυθέσθαι ἥτις ἂν ἦ. IX. 9. τείχεος διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένου κρατεροῦ. Quare ἐλήλαμέναι περὶ πύργον, i. e. quibus πύργος περιελήλαται, ut ἐπικείμενος τῇ κεφαλῇ κράνος, et Horatii, *lævo suspensi loculos tabulamque lacerto.* Vid. Glossar. in Prometh. 736. Et sic existimo pro περιελημένας πύργον dictum Schol. τοῖς τείχεσι κεκυκλώμεναι. Schutzius vertit *reductæ circa terrestrem murum*, quod minus capio. Vid. supra 777.

880. Πλατύς. *Latus.* Schol. ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ. Verba sunt Homeri, Iliad. H. 86. Athenæus II. p. 41. B. Ὅμηρος—διαστέλλει καὶ γλυκὺ ὕδωρ ἀπὸ πλατέος· τὸν μὲν Ἑλλήσποντον εἶναι λέγων πλατύν. ὑπὲρ δὲ θατέρου φράζων, Στήσαμεν νῆας ἀγχοῦ ὕδατος γλυκεροῖο. Hesych. Πλατὺ ὕδωρ. τὸ ἁλμυρόν. Herodot. II. 109. πλατυτέροισι ἐχρέωντο τοῖσι πόμασι, ἐκ φρεάτων χρεώμενοι. Casaubonus ad Athenæum l.c. loca quædam ex Aristotele profert, ubi πλατὺ *salsum* significare videatur. Sed hanc esse vim ejus apud Homerum, vix quisquam est hodie qui credat. Scholiasta Venetus intelligit eam Hellesponti partem ubi πλατύτερος esse incipit. Sed veram epitheti rationem reddidit Woodius nostras in Troadis Descriptione p. 320. ubi observavit Homerum et Herodotum de Hellesponto, quasi de *fluvio*, locutos esse. Xerxes apud Herodot. VII. 35. Hellespontum δολερόν τε καὶ ἁλμυρὸν ποταμόν vocat. Homerus autem dicit πλατύν et ἀγάῤῥοον, quod de nullo mari dixit. Quod autem objecit censor quidam semidoctus in Censura Edinensi Tom. XXI. p. 136. Hellespontum etiam ἀπείρονα apud Homerum audire, id nullius est ponderis, siquidem istud epitheton ad longitudinem freti, non ad latitudinem spectat. Cum Woodio autem consentiunt judices idonei, Chandlerus in Itin. Asiat. p. 10. et Larcherus ad Herodot. T. V. p. 297.

881. Μύχιος. *In recessu situs*, vel *Sinuosus.* κόλπον Προποντίδος vocat Apollonius Rhod. I. 983. In antiquissimis temporibus videntur Propontis et Bosporus Thracicus sub Hellesponti nomine inclusi fuisse.

882. Στόμωμα. *Introitus. Fauces.* Intellige Bosporum Thracicum. Sic Incert. Rhes. 436. ἥκω περάσας ναυσὶ πόντιον στόμα. Apollon. Rhod. I. 1114. φαίνετο δ' ἠερόεν στόμα Βοσπόρου. Theocrit. XXII. 28. νιφόεντος ἀταρτηρὸν στόμα Πόντου. Dionys. Perieg. 140. τῇ δ' ἔπι Θρηΐκιον στόμα Βοσπόρου.

883. Πρών. *Promontorium.* Vid. supra 136. Innuit peninsulam Ionicam, Chio oppositam.

Ibid. Περίκλυστος. *Circumfluus.* Vid. supra 602.

887. Συνάπτω. *Contiguus sum.* Plerumque significat *colligo* vel *consero.* Eandem tamen vim habet apud Herodotum, *συνάπτει τῷ πεδίῳ.* et sæpius apud Strabonem, e. g. p. 237. C. p. 250. D. Sic *προσάψει* Sophocl. Œd. T. 663. *τάδ' εἰ κακοῖς Κακὰ προσάψει τοῖς πάλαι τὰ πρὸς σφῷν.* Paullo aliter Eurip. Phœn. 115. *καὶ τάφρου πέλας Δρόμῳ ξυνῆψεν ἄστυ Καδμείας χθονός.* Herodoti locus est II. 75. Vid. Elmsleium ad Sophoclis locum.

889. Ἀγχίαλος. *Mari vicinus.* Mirum insulæ epitheton. Sic Sophocl. Ajac. 135. Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου. Porsonus Advers. p. 183. comparat Q. Calabr. XIII. 467. ἀγχιάλου Τενέδοιο. Geminum in Anthol. IV. p. 299. HSt. *ὑβρίζων Μαραθῶνα καὶ ἀγχιάλου Σαλαμῖνος Ἔργα.*

Ibid. † Μέσακτος. *Mediam sedem obtinens inter Asiæ et Europæ oras.* Sic interpretatur Heathius.

896. Κλῆρος. *Regio.* certa terræ portio colonis adsignata. Schol. Sophocl. Aj. 508. *κληροῦχοι—οὓς ἔπεμπον Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὰς πόλεις ἃς ἐλάμβανον, κλήρους ἑκάστῳ διανέμοντες.* Callim. H. Del. 279. *πᾶσαι δὲ χοροὺς ἀνάγουσι πολῆες, Αἵ τε πρὸς ἠοίην, αἵ θ' ἕσπερον, αἵ τ' ἀνὰ μέσσην Κλήρους ἐστήσαντο.* ubi vid. Spanhem. Id. Lav. Pall. 142. *Δαναῶν κλῆρον ἅπαντα σάω.*

900. Τευχηστήρ. *Armatus.* Vid. ad Theb. 641. ubi alia forma *τευχηστής.*

902. * Θεότρεπτος. *A Diis conversus. τὰς ἐκ θεοῦ τραπείσας πρὸς ἡμᾶς.* Schol. Minus recte *πρὸς ἡμᾶς.* Simpliciter intelligenda fortunæ conversio.

907. Ἀτέκμαρτος. *Conjectura non assequendus. Adeo improbabilis, ut nemo eum in antecessum auguratus esset.* Schutzius vero interpretatur, *infortunium adeo magnum, ut, quale quantumque sit, exputare non possis.* Eligant lectores. *τεκμαίρομαι* proprie dicitur de rebus futuris.

909. Τί πάθω. *Quid mihi fiet? Quid agam?* In hujusmodi interrogationibus aoristi subjunctivus vicem futuri indicativo haud raro supplet. Herodot. IV. 118. *τί γὰρ πάθωμεν, μὴ βουλομένων ὑμέων τιμωρέειν*; Sophocl. Trachin. 974. Τί πάθω; *τί δὲ μήσομαι*; *οἴμοι*. Eurip. Hecub. 618. Phœniss. 909. Suppl. 259. *τί γὰρ πάθω*; de qua formula vid. Valckenaer. ad Phœniss. 902. Aristoph. Plut. 603. *τί πάθω τλήμων*; Noster Theb. 1060. *τί πάθω*; *τί δὲ δρῶ*; *τί δὲ μήσωμαι*; Theocrit. III. 24. *ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω*; In Suppl. 774. futuro utitur, *τί πεισόμεσθα*; *ποῖ φύγωμεν*; Aoristo Eurip. Helen. 817. *σιγῇ παράσχω δῆτ' ἐμᾶς δῆσαι χέρας*; 1268. *τί σοι παράσχω δῆτα τῷ τεθνηκότι*; ibid. 1090. *πρὸς τάφῳ τῷδ' ἥσυχοι καθώμεθα*; Cf. Nostri Choeph. 11. Aristoph. Plut. 222. Hermann. ad Aristoph. Nub. 88.

916. * Περσόνομος τιμή. *Honor qui Persis ab iis habetur qui eorum legibus utuntur,* ut supra 591. Περσονομοῦνται, *Persarum legibus parent.* Intelligo igitur; *Hei mihi! ob fortem exercitum, et subditas gentes, &c.* Cf. 591. seqq.

921. * Σάκτωρ. *Qui implet.* τῷ σάκτορι καὶ τῷ πληρωτῇ. Schol.

923. Τοξοδάμας. Vid. supra 26.

Ibid. † Φύστις. *Mixtura.* Sed vide notas.

927. Ἐπὶ γόνυ κέκλιμαι. *In genua cado.* Phrynich. Appar. Sophist. p. 40. εἰς γόνυ πεσεῖν. ἐπὶ τῶν ὑπὸ βίας κλινομένων εἰς τὴν γῆν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι μόλις κλίνονται, καὶ οὐκ ἐξαίφνης. Etymol. M. p. 687, 26. γνὺξ ἐστὶ κυρίως τὸ εἰς γόνυ πεσεῖν. τινὲς δὲ αὐτό φασι ταὐτὸν τῷ πρηνίξαι· κακῶς· διαφέρει γάρ. οὐ γὰρ δύναταί τις ἅμα πρηνιχθῆναι καὶ ὀκλακέναι ἐπὶ τὰ γόνατα. τὸ δὲ πρηνιχθῆναι, ἐπὶ τὸ πρόσωπον. ὁ γὰρ Ἡρόδοτος τὸ τοιοῦτον ἐξέφησε· μεταφορικῶς γὰρ χρησάμενος εἶπε τὴν πόλιν εἰς γόνυ πεσεῖν. τοῦτο δηλῶν, ὡς εἰς δούλειαν αὐτὴν ἐπήγαγεν. ὁ δὲ Εὐφορίων οὐκ ὀρθῶς λέγει περὶ τοῦ Διονύσου, ὅτι ταῖς γυναικῶν τάξεσιν ἐγκελευσάμενος, ἐπρήνιξε τὴν Εὐρυ-

μέδοντος πόλιν. τούτεστι τὸ Ἄργος. Insigne fragmentum, ex Scholiasta, ut videtur, in Homerum desumtum. Herodoti locus est VI. 27. μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ ναυμαχίη ὑπολαβοῦσα τὴν πόλιν ἐς γόνυ ἔβαλε. Firmus Epist. XVI. ap. Murator. Anecd. Græc. T. V. p. 296. ἤγειρας τὴν σαύτου πόλιν πρὸς γόνυ καμφθεῖσαν, ubi bonus Episcopus diversas videatur confudisse formulas, ἐς γόνυ κεκλίμενον, et γόνυ κάμπτειν. Interdum autem simpliciter dicebantur κεκλιμέναι urbes ab hoste vastatæ. Hermesianax ap. Athen. XIII. p. 598. C. φοίτα δ', ἄλλοτε μὲν προλιπὼν Σάμον, ἄλλοτε δ' αὐτὴν Οἰνηρὴν δούρει κεκλιμένην πατρίδα.

932. * Κακόφατις. *Male ominatus.* * Κακομέλετος quum minime videam unde derivari possit, secundum linguæ analogiam, pene suspicor legendum κακομέθετον, *infeliciter editam.*

Ibid. Ἰά. *Vox.* Rarissime occurrit. Herodot. I. 85. ἰὴν ἀνὰ δώματ' ἀκούειν Παιδὸς φθεγγομένου. ubi Larcherus, præter hunc locum, citat Rhes. 554. σύριγγος ἰὰν κατακούω.

933. Μαριανδυνός. Nomen populi Asiam incolentis. Scylax Peripl. p. 82. Μετὰ δὲ Παφλαγονίαν Μαριανδυνοί εἰσιν ἔθνος. Dionys. Perieg. 787. Παφλάγονες δ' ἐπὶ τοῖσιν ἐπ' ἠϊόνεσσι νέμονται, Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον. Scholiasta noster; Μαριανδυνοὶ αὐλοί, ἐπιτηδείως ἔχοντες πρὸς θρηνούς. Καλλίστρατος ἐν δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας (urbis in campo Mariandyno sitæ) Τιτυοῦ παῖδας εἶναί φησι δύο, Πριόλαν καὶ Μαριανδυνόν, ὃν κυνηγετοῦντα ἀπολέσθαι, καὶ μεχρὶ τοῦ νῦν Μαριανδυνοὺς ἐν ἀκμῇ θέρους θρηνεῖν αὐτόν. τὸν δὲ Μαριανδυνὸν αὐξῆσαι μάλιστα τὴν θρηνητικὴν αὐλῳδίαν, καὶ διδάξαι ταύτην Ὑαγνιν τὸν Μαρσύου πατέρα. καὶ αὐλοὶ γάρ εἰσι Μαριανδυνοὶ ἐπιτηδειότατοι εἰς τὰς θρηνῳδίας. ὅθεν καὶ τὸ περιφερόμενον, Αὐλεῖ Μαριανδυνοῖς καλάμοις κρούων Ἰασί. unde corrigendus Eustath. ad Dionys. 791. ubi legitur ἐδίδαξε τὸν Μάρσον τοῦ αὐλητοῦ πατέρα.—ἰστέον δὲ ὅτι ἐπεχωρίαζον τοῖς Μαριανδυνοῖς θρήνων αὐληταί, ὡς καὶ ἡ παροιμία δηλοῖ, Μαριανδυνοῦ μεμνημένη θρηνητῆρος, i. e. *proverbium quod mentionem facit Mariandyni &c.* unde mira hallucinatione in Stromatea suum proverbium hujusmodi condi-

dit Josephus Scaliger, Μαριανδυνῶν μέμνησο θρηνητηρίων. Cf. Schol. Apollon. Rhod. II. 140. 725. De lamentationis origine in alia omnia abit Nymphis in primo de Heraclea libro ap. Athen. XIV. p. 619. F. qui tradit Mariandynos lugubri cantilena Bormum quendam invocare. Photius, Μαριανδυνόν. θρηνητικόν. οὕτως Αἰσχύλος.

934. Ἰακχή. *Exclamatio sacra.* Vid. Glossar. in Theb. 632.

935. Αἰανής. *Noxius.* Vid. notas.

937. Μετάτροπος. *Retro conversus.* Conferas notata.

938. Ἥσω. *Mittam.* Vid. Theb. 863. et Glossarium.

939. † Λαοπαθής. *Quod patitur populus.* Sed vide notas.

Ibid. Ἀλίτυπα βάρη. *Pondera calamitatis ob naves et corpora mari jactata.*

941. Κλάζω. *Stridule clamo.* Vid. Glossar. in Theb. 382.

Ibid. Ἀρίδακρυς. *Lacrymosus.* Proprie, *ad lacrymandum pronus.* Notum est proverbium ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. Zenob. I. 14.

942. Ἀπαύρω. *Fruor. Fructum reporto.* Pessime interpretes, *eripuit florem juventutis.* Locum sic verteris, *Mars noster navibus instructus* (i. e. *classis*) *aliis victoriam cedens, mala perpessus est ab Ionibus.* Simillimus est usus verbi ἀπαύρω ap. Hesiod. Op. 238. πολλάκι καὶ ξυμπᾶσα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα, uti rectissime edidit Gaisfordius in egregio illo Poetarum minorum corpore.

943. Ναύφρακτος. *Navibus munitus.* Photius, Ναύφρακτον, τὴν Ἀττικὴν δύναμιν καλοῦσι. Eurip. Iph. A. 1259. ὁρᾷθ', ὅσον στράτευμα ναύφρακτον τόδε. In hoc loco de Persarum classe accipiendum patet ex v. 1029. τραπέντα ναύφρακτον ἐρεῖς ὅμιλον.

Ibid. Ἑτεραλκής. *Aliis opitulatus.* Homer. Iliad. H. 26. *μάχης ἑτεραλκέα νίκην.* ubi Schol. Venet. *οὕτως ἡ νίκη λέγεται, ὅταν οἱ νικῶντες νικῶνται. ἢ ἀνάπαλιν ἐν ἄλλῳ,* (intellige Λεξικῷ vel Ὑπομνήματι) *τὴν τοῖς ἑτέροις ἀλκὴν καὶ δύναμιν παρέχουσαν· ἢ ὅταν οἱ πρώην νικηθέντες νικήσωσι.*

944. Νύχιος. *Nocturnus. ἤτοι νύκτα καὶ θάνατον γεγοννῖαν αὐτοῖς.* Schol. Equidem pene suspicor legendum *βρύχιον πλάκα,* ut supra 403. *ἁλμὴν βρύχιον.* vel *μυχίαν,* ut in 881. *μυχία τε Προποντίς.* Montes Rhipæi *νύχιοι* vocantur Sophocli Œd. Col. 1248.

Ibid. Πλάξ. Vid. supra 724.

Ibid. Κείρω. *Tondeo.* Interpretes vertunt *κερσάμενος, depopulatus.* Sed *κείρομαι* in media voce nuspiam offendi nisi ubi significaret *tondeo capillos in signum doloris.* Porro rarissima est hæcce aoristi forma; usitatior est *ἐκειράμην.* De hoc loco *ἐπέχειν δοκεῖ.* Per *ἀκτάν* intellige Psyttaleæ litus.

948. Παραστάτης. *Qui proxime adstat.* Vox militaris. Lex. Coislinian. p. 506. *παραστάται· οἱ ὁμόζυγοι τῶν λόχων πρωτοστάται καὶ ἐπιστάται, διὰ τὸ παρ' ἀλλήλοις ἵστασθαι.* Idem fere ac *παρασπίστης* vel *ὑπασπίστης.*

955. Ἐρέω. Vid. supra 738.

956. Στυφελός. *Asper.* Vid. supra 308. Glossar. in Prometh. 773.

Ibid. Θείνω. *Ferio.* Vide notata ad Theb. 378.

965. Ἐπανείρομαι. *Rursus interrogo.* Aristoph. Ran. 434. *μηδὲν μακρὰν ἀπέλθῃς, Μηδ' αὖθις ἐπανέρῃ με.*

967. Ὠγύγιος. *Perantiquus.* Vid. supra 71. Glossar. in Theb. 310.

969. Πίτυλος. *Sonus qui a crebra pultatione oritur.* Vid. Glossar. in Theb. 855.

970. Ἀσπαίρω. *Reluctor. Palpito.* Schol. Venet. ad Iliad. Σ. 572. *τὸ μὲν οὖν σπαίρειν, ἄμουσόν τινα δηλοῖ κίνησιν, ὃ τινὲς ἐν ἰχθύσι καὶ τῷ δεδεμένῳ βοῒ λαμβάνουσι.* quæ exscripsit Etymologus p. 722, 54. Sed legendum *ἄκοσμον* pro *ἄμουσον*. Homer. Iliad. Γ. 292. *ἦ, καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλέϊ χαλκῷ· Καὶ τοὺς μὲν κατέθηκεν ἐπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας, Θυμοῦ δενομένους.* Odyss. Θ. 526. *ἡ μὲν τὸν θνήσκοντα καὶ ἀσπαίροντα ἰδοῦσα.* Euphorio apud Stob. LIX. p. 227. *τὸν δ' ἐκάλυψε θάλασσα λιλαιόμενον βιότοιο. Καὶ οἱ πήχεες ἄκροι ὑπερφαίνοντο ταθέντες 'Αχρεῖ' ἀσπαίροντες ἀλὸς Δολοπιονίδαο.* Vulgo perperam legitur *ἄκρον ὑπερβαίνοντο*, et *ἅλις Δολοπιονίδαο*. Sed *ὑπερφαίνοντο* Trincavellus. Eurip. Electr. 842. *εἰς σφονδύλους ἔπαισε, νωτιαῖα, δὲ Ἐρρήξεν ἄρθρα· πᾶν δὲ σῶμ' ἄνω κάτω Ἥσπαιρεν, ἠλάλαζε, δυσθνῆσκον φόνῳ.* Herodot. I. 3. *ὀρέω παῖδα προκείμενον, ἀσπαῖρόν τε καὶ κραυγανόμενον.* De infante etiam Homer. H. Apoll. 128. Paullo durius idem in VIII. 5. *Ἀδείμαντος γὰρ—τῶν λοιπῶν ἠσπαιρε μοῦνος, reluctabatur:* ubi vid. Valckenaer. Callim. H. Dian. 150. *ταῦρον ὅτ' ἐκ δίφροιο μάλα μέγαν, ἢ ὅγε χλούνην Κάπρον ὀπισθιδίοιο φέροι ποδὸς ἀσπαίροντα.* Altera forma *σπαίρω* occurrit Apollon. Rhod. 874. *εἰσενόησε Παῖδα φίλον σπαίροντα διὰ φλογός.* Antipat. Sidon. Epigr. XLIII. 5. de Niobæ filiabus, *Ἃ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας· ἃ δὲ λιπόπνους Κέκλιται· ᾗ δὲ βαρὺς πότμος ἐπικρέμαται.* Dioscorides XIII. 9. de Othryade moribundo, *Χὼ τόδε μοχθήσας σπαίρει πέλας.* Hinc *ἀπασπαίρειν*, Eurip. Ion. 1220. *περισπαίρειν* Lycophron, et Nicand. Ther. 773.

971. Χέρσος. *Tellus.* Vid. supra 713. Glossar. in Theb. 64.

973. Ὀφθαλμός. *Oculus.* "Ita dictum, quod ejus ope *πάντα*, ut loquitur Suidas (v. *ὀφθαλμὸς βασίλεως*) *ὁ βασιλεὺς ἐπεσκόπει, omnia* (scribit Apuleius de mundo) *quæ ubique gererentur discebat.* Etenim Persarum reges ministros quosdam habuere, qui *ὀφθαλμοὶ βασιλέως, imperatoris oculi* (reddente Apuleio) dicebantur a munere vel officio; quicquid enim in toto regno ageretur, eorum erat ad regem deferre. Hesychius: *Βασιλέως ὀφθαλμός· ἐπέμπετό τις ὑπὸ*

βασιλέως ἐπίσκοπος, ὃς ἐφεωρᾶτο τὰ πράγματα, ὃν τοῦ βασιλέως ὀφθαλμὸν ἐκάλουν. Aristides orat. panegyr. Cyzicena: ὁ μὲν γὰρ τῶν Περσῶν Βασιλεὺς ἐδόκει τι διάφορον κεκτῆσθαι τὸν καλούμενον βασιλέως ὀφθαλμόν. Dio Chrysost. Orat. III. de Regno: ὁ μὲν Πέρσης ἕνα τινὰ ἔσχεν, ὀφθαλμὸν βασιλέως λεγόμενον, τοῦτον οὐ σπουδαῖον ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων· ἀγνοῶν ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως οἱ φίλοι πάντες εἰσὶν ὀφθαλμοί. Quibus tamen verbis bis peccatum est; neque enim uni tantum, nec alicui e vulgaribus deferebatur hoc officium. Duos fuisse ait Scholiastes noster, isto munere functos; at Xenophon plures, imo multos; postquam enim eos refellerat, qui unicum existimarunt Cyrop. lib. VIII. 2. 10.* εἰ δέ τις οἴεται ἕνα αἱρετὸν εἶναι ὀφθαλμὸν βασιλεῖ, οὐκ ὀρθῶς οἴεται· ὀλίγα γὰρ εἷς ἂν ἴδοι καὶ εἷς ἀκούσειε· mox subjicit, οὕτω δὲ πολλὰ μὲν βασιλέως ὦτα, πολλοὶ δὲ ὀφθαλμοὶ νομίζονται· καὶ φοβοῦνται πανταχοῦ λέγειν τὰ μὴ σύμφορα βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτοῦ ἀκούοντος, καὶ ποιεῖν ἃ μὴ σύμφορα, ὥσπερ αὐτοῦ παρόντος. Ita et Lucianus de mercede conduct. ὦτα γὰρ καὶ ὀφθαλμοὶ Βασιλέως πολλοί, οὐ μόνον ταληθῆ ὁρῶντες, ἀλλ' ἀεί τε προεπιμετροῦντες, ὡς μὴ νυστάζειν δοκοῖεν. Aristoteles Politic. lib. III. (Scholiastæ Aristophanis in Acharn. laudatus) ἐπεὶ καὶ νῦν ὀφθαλμοὺς πολλοὺς οἱ Μόναρχοι ποιοῦσιν αὑτῶν. Quod etiam ait viros hoc officio functos graves non fuisse sed vulgares, rursum falsus est Dio. Alpistum Xerxis ὀφθαλμὸν πιστόν vocat Æschylus noster, non otioso epitheto: hoc enim titulo insigniti erant proceres Persici, quod vel ex hac fabula plus semel discendum est. Adhæc videntur πιστοί apud Persas Eunuchi quidam, regi propter fidem summo in pretio. Etenim παρὰ τοῖσι βαρβάροισι (inquit Herodotus lib. VIII.) τιμιώτεροί εἰσιν οἱ Εὐνοῦχοι πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης τῶν ἐνορχέων. Quod vero tales fuerint ὀφθαλμοὶ βασιλέως ab Heliodoro diserte proditum est Æthiopic. lib. VIII. Περσῶν γὰρ βασιλείαις αὐλαῖς ὀφθαλμοὶ καὶ ἀκοαί, τὸ εὐνούχων γένος. οὐ παίδων οὐ συγγενείας τὸ πιστὸν τῆς εὐνοίας μετασπώσης, ἀλλὰ μόνου τοῦ πιστεύσαντος ἀναρτώσης. Enim vero regis oculi inter

* Verum ibi Xenophon magis quid melius fit, quam quid fieri soleat exponit, omninoque magis monendi principis causa, quam ad historiæ veritatem disputare videtur. *Schutz.*

satrapas regni Persici numerantur. Scholiastes ad illud Aristophanis in Acharn. *καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν ψευδαρτάβαν Τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν'—οὕτω ἐκάλουν*, inquit, *τοὺς Σατράπας, δι' ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπεσκόπει*, quem exscriptum more suo tradit Suidas in *ὀφθαλμὸς βασιλέως*. Sic et Philostratus in vita Apollonii lib. I. *σατράπης δὲ τῇ φρουρᾷ ταύτῃ ἐτέτακτο, βασιλέως τις οἶμαι ὀφθαλμός.*" Stanleius. Dio Chrysost. I. p. 54. ed. Reisk. *ὁπόσους ἄν τις ᾖ κεκτημένος ἑταίρους, τοσούτοις μὲν ὀφθαλμοῖς, ἃ βούλεται, ὁρᾷ, τοσαύταις δὲ ἀκοαῖς, ἃ δεῖ, ἀκούει.*

974. * Πεμπαστής. *Qui numerat.* Homer. Odyss. Δ. 412. *αὖταρ ἐπὴν πάσας πεμπάσσεται, ἠδὲ Fίδηται*, de Proteo, phocas numeraturo. Schol. *κατὰ πέντε ἀριθμήσει.* Etymol. M. p. 660, 3. *πεμπάσσεται. ἀπὸ τοῦ πεμπάζω·* (l. *ἀπὸ τοῦ πεμπάζειν, ὃ*) *σημαίνει τὸ διελθεῖν καὶ ἐρευνῆσαι· ἴσως ἀπὸ τοῦ πέμπω. Αἰολικῶς δέ, τὸ κατὰ πέντε ἀριθμήσειν*, ubi legendum, *ἀριθμῆσαι.* Noster Eumen. 751. *Πεμπάζετ' ὀρθῶς ἐκβολὰς ψήφων, ξένοι.* Photius. *πέμπτα. πέντε. καὶ Αἰολεῖς, καὶ Ἴωνες, καὶ Ἀττικοί. πεμπτάζειν γὰρ κατὰ πέντε ἀριθμεῖν.* Corrige *πεμπάζειν.* Plutarch. de Isid. et Osir. p. 374. A. *τὸ ἀριθμήσασθαι, πεμπάσασθαι λέγουσι.* Vid. Alberti ad Hesych. in v. *πεμπάσσεται. κατὰ πέντε ἀριθμήσει, τὸ γὰρ πέντε Αἰολεῖς πέμπε λέγουσι· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ψιλῶς ἀριθμήσει.* Nequeo autem satis mirari neminem interpretum perspexisse quo alludat Poeta. *μύρια μύρια πεμπαστάν* verte, *qui exercitum per myriadas recensuerat*; præerat nempe copiarum recensioni ab Herodoto memoratæ VII. 60. quæ *κατὰ μυριάδας* fiebat; decem millibus hominum septo quodam inclusis, dein aliis decem millibus, et sic deinceps. De composito *ἀναπεμπάζειν* vid. Ruhnken. ad Timæum p. 33.

980. * Πρόκακος. Stanleius vertit *mala malorum præsaga*; Schutzius *mala præsentia.* Eligat lector.

981. Ἰυγή. *Lamentatio.* Sophocl. Phil. 752. *τοσήνδ' ἰυγήν.* ibidem vero 219. *βοᾷ τηλωπὸν ἰωάν.* Formatum ab *ἰύζω*, ut *οἰμωγή* ab *οἰμώζω*; *ἰύζω* autem ab *ἰοῦ*, vel *ἰώ.* Quærendum autem utrum legi debeat *ἰώζω, ἰωγμός*, et *ἰωγή*, (Odyss. Ξ. 533. *Βορέω ὑπ' ἰωγῇ*, quod

invito Aristarcho vertendum est *sub Boreæ sibilo*) an hoc potius in ἰυγῇ sit mutandum? Oraculum apud Herodot. IX. 43. Ἑλλήνων σύνοδον καὶ βαρβαρόφωνον ἰυγήν. Etymol. Gudian. p. 285, 10. Ἴυγγι, φωνῇ, βοῇ, καὶ ἰύζει, τὴν βοὴν καὶ κραυγὴν ποιεῖ. λέγεται δὲ καὶ ἴυγξ σύριγξ μονοκάλαμος, καὶ ὄρνεον ἐπαγωγὸν φίλτρων, καλούμενον σεισοπύγης. (l. σεισοπυγίς) σημαίνει δὲ καὶ ᾠδήν. καὶ ἰυγμός, φωνὴ καὶ συριγμός. καὶ Ὅμηρος, Οἱ δ' ἰύζοντες ἕποντο, (Od. O. 162.) τοῦτ' ἔστι σύριζοντες. Manifesto legendum ἰυγῇ, φωνῇ. nisi Grammaticum vitiosa codicis alicujus lectione deceptum fuisse putes. Vid. supra 285.

983. Ἄλαστος. *Perniciosus.* Minus recte explicant Grammatici vulgares ἀνεπίληστα, quasi esset pro ἄληστα; vel etiam absurdius ἄλαστα, ὧν οὐκ ἄν τις λάβοι, a λάζομαι. Ab ἄλη, *mentis error, delirium,* venit ἀλάζω, *decipio,* unde ἀλαζών, ὁ ἀπατεὼν καὶ κομπαστής, * (Etymol. M. p. 55, 42.) ἀλάστωρ, *qui in errorem perniciosum trahit,* supra 360. ἄλαστος, *qui in errorem perniciosum inducitur;* Callimach. Lav. Pall. 87. τέκνον ἄλαστε. unde error ipse, et deinceps omnis calamitas ἄλαστος dicebatur. Etymol. M. p. 57, 41. ὁ δὲ Φιλόξενος λέγει, ἔστι ῥῆμα ἀλῶ, τὸ πλανῶ· γίνεται παράγωγον ἀλάζω—ἐκ τούτου ἄλαστος—καὶ ἐξ αὐτοῦ ῥῆμα ἀλαστῶ, σημαῖνον τὸ χαλεπαίνω. Vel potest ἀλάστωρ venisse ex ἀλαίνω, sicuti μάστωρ (Eurip. Med. 1368.) a μαίνω. Hesych. Ἀλασταίνει. δυσπαθεῖ. Callimach. H. Del. 239. ἡ δ' ἀλεγεινὸν ἀλαστήσασα προσηύδα. Voces ἄλαστα κακά sæpe conjunguntur: vid. Porson ad Eurip. Med. 44.

988. * Μυριάδαρχος. *Qui decem millibus præficitur.*

992. * Ἱππιάναξ. *Equestris dux.* ἵππιος ἄναξ, non autem ἵππων ἄναξ, quod esset ἱπποάναξ, ἱππώναξ.

993. Ἀκόρεστος. *Insatiabilis.* Vid. supra 551.

---

* Vid. Foes. Œcon. Hippocr. in v. Ἀλάζων. Wyttenbach. ad Platon. Phæd. p. 244.

994. Σκηνή. *Tabernaculum.* Innuit autem *sandapilas.* Nempe hic sensus est, *Sepulti sunt ibi, nec corpora eorum nos domum secuta sunt in sandapilis curribus vectis.*

997. Βεβᾶσι. Vetus forma præteriti, inquiunt Grammatici. Homer. Odyss. Υ. 14. περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα. Thom. Mag. Βεβὼς Ἀττικοὶ λέγουσι, οὐ βεβηκώς, καὶ βεβᾶσιν, οὐ βεβήκασιν. Exempla apud tragicos scatent. Similiter dicebant τεθνᾶσι pro τεθνήκασι, (supra 450.) si fides Grammaticis habenda sit. Sed quum τεθνᾶσι dubio procul ad τέθνημι pertineat, crediderim βεβᾶσι simili modo ad βέβημι referendum esse; quodque hoc certum facit, infinitivus est βεβάναι, Eurip. Heracl. 610. Οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον Εὐτυχίᾳ. et imperfectum βέβασαν Iliad. P. 286. οἳ περὶ Πατρόκλῳ βέβασαν, et contracta infinitivi forma ibid. 359. ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν. Huc igitur referas ἔβην et βέβηκα.

998. Ἀρχέτης. *Dux.* Vid. notas.

999. Νώνυμος. *Inglorius. Sine nomine.* Sophocl. Electr. 1082. οὐδεὶς τῶν ἀγαθῶν, ζῶν κακῶς, Εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλει Νώνυμος. Pindar. Ol. I. 132. τί κε τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἀπάντων Καλῶν ἄμμορος; Hesiod. Op. 152. Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἀΐδαο Νώνυμνοι. Formatur ab ἀνώνυμος, ut νήνεμος ab ἀνήνεμος, et similia, de quibus vid. ad Prometh. 248.

1003. Διαπρέπω. *Præ aliis conspicuus sum.* Eurip. Alc. 645. πάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ. Locus, si recte se habet, ita explicari potest, *malum omnia superans, quotquot conspexit Fatum;* lenior decurreret constructio si legeremus κακῶν.

202. Αὐτοῦ ἐκείνου. *Illius ipsius* (*ipsius illius*). Sophocl. Trach. 287. Αὐτὸν δ' ἐκεῖνον—φρόνει νιν ὡς ἥξοντα. Aristoph. Plut. 83. Ἐκεῖνος αὐτός; ΠΛ. αὐτότατος. Sic αὐτὸς οὗτος, Eurip. Iph. A. 1375. αὐτὸ τοῦτο ibid. 1351. Nostri Prom. 851. Platon. Phæd. 14. p. 295. τοῦτ' αὐτὸ Sophocl. Trach. 408.

203. Τένων. *Nervosa musculi pars.* (Angl. *a sinew*, recentiores medici dixerunt *tendo*). A τένω *tendo* (cujus verbi forma recentior erat τείνω) ὁ τένων, *qui tendit*, Eustath. ad Il. B. p. 244, 3. Apud Homerum memorantur τένοντες cervicis, brachii, cruris. Il. X. 396. Ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε Ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης. Docte de hac voce disseruit Foesius. Apud Euripidem sæpius ponitur συνεκδοχικῶς de calce, vel tibia. Phœn. 42. πῶλοι δέ νιν Χηλαῖς τένοντας ἐξεφοίνισσον ποδῶν. Conf. Med. 1163.

Ibid. Ὑπογραφή. *Descriptio inferioris partis;* seu potius *imago quæ imprimendo efficitur:* idem ac ὑποτύπωσις. Hesych. Ὑπογραμμός: τύπος· μίμημα.

205. Καταφθορά. *Conturbatio:* proprie vero *destructio.* Vid. Pers. 256.

206. Τελεσφόρος. *Finem adferens. Perficiens.* Verte, *Denuntians diis vota impleta,* (*vel implenda*) *finem optatum secum adducentia.* Infra 534. Prom. 520. Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος. Theb. 652. Οἴμοι, πατρὸς δὴ νῦν ἀραὶ τελεσφόροι. Contra Agam. 969. Εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς τι | ἐλπίδος ψύθη πεσεῖν | εἰς τὸ μὴ τελεσφόρον.

207. Ἐπαγγέλλω. *Denuntio.* i. e. *impero, requiro.* ἐπαγγέλλομαι vero, voce media, *promitto.* Vid. Sturzii Lex. Xenoph. in voce. Vel potest in hoc loco significare *enarrans,* vota sc. jam impleta.

208. Ἐπεί. Hæc particula, sic posita, ad sensum loquentis non expressum refertur. *Miror te — quandoquidem quid est, quod a diis consecuta sum?*

Ibid. Ἑκατι δαιμόνων. *Quod ad deos adtinet.* Gloss. in Pers. 343.

Ibid. Κυρέω. *Consequor.* Prom. 70. ubi vid. Glossarium. Infra 695.

210. Σύνοιδα. *Conscius sum.* Eadem fere constructio, quod ad participium adtinet, apud Herodot. V. 91. *συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς.* Alia apud Platon. Apol. Socr. §. 6. *οὔτε μέγα, οὔτε σμικρὸν Σύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν.* Xenoph. Anab. II. v. 7. *ὅστις δὲ τούτων ξύνοιδεν αὑτῷ παρημεληκώς, τοῦτον ἐγὼ οὔποτ' ἂν εὐδαιμονίσαιμι.* Confer Aristoph. Thesm. 477. Aristot. Eth. Nic. I. 4. Fischer. ad Welleri Gr. Gr. III. p. 324.

211. Ἐκπαγλέομαι. *Vehementer admiror.* *ἐκπάγλως θαυμάζουσαν,* Schol. Hesych. Ἐκπαγλοῦσθαι: *θαυμάζειν.* Eurip. Hec. 1147. Ὅσαι δὲ τοκάδες ἦσαν, ἐκπαγλούμεναι Τέκν' ἐν χεροῖν ἔπαλλον. Orest. 880. *πατέρα μὲν σὸν ἐκπαγλούμενος, Σὸν δ' οὐκ ἐπαινῶν ξύγγονον.* Vocabulo poetico usus est Herodotus IX. 48. ab Albertio citatus; *ὦ Λακεδαιμόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε εἶναι ἄνδρες ἄριστοι ὑπὸ τῶν τῇδε ἀνθρώπων, ἐκπαγλεομένων ὡς οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου, οὔτε τάξιν ἐκλείπετε.*

212. Πρὸς τί. *In qua re?*

213. Ματεύω. *Exquiro.* Gloss. in Agam. 1062.

214. Πλέκω. *Necto.* Noster apud Schol. Aristoph. Nub. 1128. Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. (Vide notata ad Prom. 59.) Sappho I. 2. Παῖ Διὸς δολοπλόκε. Eurip. Ion. 1294. Ἴδεσθε τὴν πανοῦργον, ἐκ τέχνης τέχνην Οἵαν ἔπλεξ'.

215. * Μηχανορράφέω. *Artes consuo.* Gloss. in Agam. 1594. ed. 2. Homer. Il. O. 16. *κακορράφίης ἀλεγεινῆς.*

216. Ἐν κακοῖσι γελᾷν. *Irridere calamitates.* Sic in Agam. 1602. Αἴγισθ', ὑβρίζειν ἐν κακοῖσιν οὐ σέβω. quæ olim male interpretatus sum. Sophocl. Aj. 1109. Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστῆσαι σοφάς, Εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ. Ibid. 1107. Οὐδ' αὖ τοιαύτην γλῶσσαν ἐν κακοῖς φιλῶ. et 1140. Ὃς ἐν κακοῖς ὕβριζε τοῖσι τῶν πέλας. Eurip. El. 68. Ἐν τοῖς ἐμοῖς γὰρ οὐκ ἐνύβρισας κακοῖς.

219. *Δυσμαθέω. *Ægre agnosco.* δυσμανθάνω, quod in lexico dedit Schneiderus, contra analogiam peccat. A δυσμαθὴς formatur verbum δυσμαθέω.

220. Κήδειος. Supra 81.

222. Ἰχνοσκοπέω. *Vestigia scrutor.* Idem quod ἰχνηλατέω. Sophocl. Aj. 997. διώκων, κἀξιχνοσκοπούμενος. Trach. 271. ἵππους νομαῖσι ἐξιχνοσκοπῶν.

223. Ἀναπτερόομαι. *Attollor,* velut pennis: *Suspensus teneor;* sive spe, seu metu. Phrynich. App. Soph. p. 10, 20. Ἀνεπτερῶσθαι τὴν ψυχήν: οἷον ἀνασεσοβῆσθαι, ἔκπτοιον εἶναι. Hesych. Ἀναπτερώσω: μετέωρον ποιήσω. ubi citant Herodot. II. 115. ἀναπτερώσας αὐτήν. et Eurip. Suppl. 89. φόβοις μ' ἀναπτεροῖ. Sic Orest. 865. μῶν τι πολεμίων πάρα Ἄγγελμ' ἀνεπτέρωκε Δαναΐδων πόλιν; Aristoph. Av. 1445. Ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας. Nub. 318. ἡ ψυχή μου πεπότηται. Sophocl. Aj. 693. Ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν. Hæc tria comparavit Seidlerus cum Eurip. El. 175. Οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι, | θυμόν, οὐδ' ἐπὶ χρυσέοις | ὄρμοις ἐκπεπόταμαι | τάλαιν'. Paullo aliter Xenophon Hist. Gr. III. i. 14. citatus a Marklando ad Suppl. 89. Μειδίας, θυγατρὸς ἀνὴρ αὐτῆς ὤν, ἀναπτερωθεὶς ὑπό τινων, ὡς αἰσχρὸν εἴη, γυναῖκα μὲν ἄρχειν, αὐτὸν δ' ἰδιώτην εἶναι. Conf. Villoison. ad Longum p. 91. infra 594. ὑπόπτερος φροντίσιν.

226. Σπάθη. *Radius textorius.* ἐριουργικὸν ἐργαλεῖον. Pollux. Hesych. Σπάθημα: πύκνωμα. ἀπὸ τῶν ταῖς σπάθαις κατακρουόντων τὰ ὕφη. Etymol. M. p. 384, 44. Ἐσπαθᾶτο. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ

Αἰσχίνου. ἀντὶ τοῦ ἀπώλλυτο. παρὰ τὴν σπάθην — ἢ ἀντὶ τοῦ συνετίθετο· ἀπὸ τῆς τῶν ὑφαντῶν σπάθης. ἥτις συντίθησι τὸ ὑφαινόμενον. Conf. Lex. apud Bekker. p. 256, 26. Noster apud Polluc. VII. 78. Σὺ δὲ σπαθητοῖς τριμιτίνοις ὑφάσμασι. Versus apud Plutarchum Symp. VI. 6. quos Sophoclis esse censet Valckenaerius, ego vero Æschylo adjudico; Λεπτοσπαθήτων χλανιδίων ἐρεπίοις Θάλπουσα, καὶ ψύχουσα. Hermippus Ἀθηνᾶς γοναῖς apud Suid. v. Ἀνθέων. Lex. apud Bekker. p. 404, 30. Κηροσπάθητον ἀνθέων ὕφασμα καινὸν Ὡρῶν. (Quid sit ὕφασμα Ὡρῶν docet Cypriorum carminum auctor apud Athen. XV. p. 682. E.) Idem Lexicon apud Bekker. p. 453, 18. Ἀσπάθητον χλαῖναν: ἀνύφαντον. Quoniam vero radius textoris celeriter agitatus subtemen permeat, hinc σπάθη interdum pro gladio usurpata est. Alcæus fr. XXIV. 16. παὶρ δ' αὖ Χαλκιδικαὶ σπάθαι.

Ibid. Θηρίων γραφή. *Animalium pictura.* sc. *imagines acu pictæ.* Hujusmodi vestem Attici dicebant θηραῖον. Pollux VII. 48. καὶ θηραῖον ἱμάτιον, ἢ ἀπὸ τῆς νήσου, ἢ τὸ ὡς θηρίων ἐνυφασμένων. Ex his etymologiis posterior vera est. Hesych. Θηροειδεῖς ἐφαπτίδες: ποικίλως διηνθισμέναι. Stanleius laudat Eurip. Iph. T. 812. Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν. Ταῦτ' οὖν ὑφήνασ' οἶσθ' ἐν εὐπήνοις ὑφαῖς; — Εἴκω τ' ἐν ἱστοῖς, ἡλίου μετάστασιν; "Notissima est tela Arachnæa Ovidio Met. VI. 103. descripta, qua Jovis, Phœbi, Neptuni, in bestias mutatorum figuras exhibuit. Hujus erant generis quæ Plautus Pseud. I. 2. *belluata* dixit *conchyliata tapetia;* Virgilius Æn. VII. 277. *Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis.* Videsis et Claudianum I. 181. Ammian. Marcell. XIV. 6." Exemplum pictæ vestis ex Odyss. T. 228. citat Scholiasta. Opus textorium nobiles apud Græcos mulieres non dedecuisse docet Spanhemius ad Aristoph. Nub. 53. Conferant tirones Eurip. Hec. 470. Ion. 1172. Theocr. XV. 80. Callixenum ap. Athen. V. p. 197. B. ψιλαὶ δὲ Περσικαὶ (τάπητες) τὴν ἀνὰ μέσον τῶν ποδῶν χώραν ἐκάλυπτον, ἀκριβῆ τὴν εὐγραμμίαν τῶν ἐνυφασμένων ἔχουσαι ζῳδίων. ibid. p. 198. E. ζῳωτοὺς ἐνδεδυκυῖαι χιτῶνας. Pollux VII. 55. ὁ δὲ καταστικτὸς χιτών ἐστιν, ὁ ἔχων ζῷα, ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα· καὶ ζῳωτὸς δὲ χιτὼν ἐκαλεῖτο, καὶ ζῳδιωτός.

227. Ἔνδον γενοῦ. *Animi compos fias.* Subaudi φρενῶν vel σαυτῆς. Eurip. Heracl. 709. Τί χρῆμα μέλλει, σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὤν; Aptissimus est Herodoti locus I. 119. Ἰδὼν δέ, οὔτε ἐξεπλάγη, ἐντός τε ἑωϋτοῦ γίνεται. VII. 47. ἐγὼ δ' ἔτι καὶ ἐς τόδε δείματός εἰμι ὑπόπλεος, οὐδ' ἐντὸς ἐμεωϋτοῦ. Hippocrates de Morb. Epid. VII. p. 302. ἔντος ἑωϋτοῦ ἐγένετο. (Angl. *he came to himself.*) Pausan. VIII. 34. Ὀρέστης ἐνταῦθα ἐκείρατο τὴν κόμην, ἐπειδὴ ἐντὸς ἐγένετο αὐτοῦ. Simili sensu Sophocl. Phil. 950. ἐν σαυτῷ γενοῦ. ubi Brunckius ἐν σαυτοῦ. Sed recte se habet dativus. Xenoph. Anab. I. v. fin. ἀκούσας ταῦτα ὁ Κλέαρχος, ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο. Alciphron III. 1. οὐκέτ' εἰμὶ ἐν ἐμαυτῇ, ὦ μῆτερ. Terent. Andr. II. 4. *proin fac, apud te ut sies.* Contrarium est ἔξω ἑαυτοῦ γεγονέναι. Vid. Valckenaer. ad Herodot. III. 155. Schol. in Lucæ Ev. I. p. 228. Dorvill. in Charit. p. 345. Kypke. in N. T. p. 290. Pricæum in Apul. p. 77. Schaefer. ad Dionys. de Comp. Verb. p. 74. Schleusner. Lexic. N. T. T. I. p. 662.

Ibid. Ἐκπλαγῆναι φρένας. *Mente attonitum esse.* Eurip. Med. 8. Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος. Homer. Od. Σ. 326. σύ γέ τις φρένας ἐπεπαταγμένος ἐσσί. Confer. Valckenaer. l. c.

230. Ἀλκῇ πεποιθώς. *Fortitudine fretus.* Suppl. 347. ἀλκᾷ πίσυνος. Homer. Il. E. 299. ἀλκὶ πεποιθώς.

233. Ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον, pro ἀναγκαίως ἔχει, i. e. ἀναγκαῖόν ἐστι. Plato Legg. IX. p. 18. εἰ ταῦτα οὕτως ἔχοντά ἐστιν. Vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 559.

234. Ῥέπω. *Vergo.* Gloss. in Theb. 21.

235. Στέργηθρον. *Amor consanguineus.* Gloss. in Prom. 501.

236. Νηλεῶς. *Immisericorditer.* Gloss. in Prom. 248.

240. Θεωρός. *Spectator.* Gloss. in Prom. 118.

241. Εὖνις. *Orbus.* Gloss. in Pers. 289. Infra 781.

242. Πλεκτή. *Plica.* Subaudi σειρά. In hoc loco idem valet ac πλεκτάνη, *spira.*

Ibid. Σπείραμα. *Spira.* "Idem quod σπεῖρα, *spira;* ac proprie de serpente dicitur, quum in spiram tractu se colligit, et suis spiris orbem facit; ut quum Dionysius de situ orbis dicit Bacchis Ζωστῆράς θ' ἕλικάς τε πολυγνάμπτου ἐλίνοιο conversa fuisse εἰς σπείρημα δρακόντων: pro quo Statius dixisset *In sinuosa draconum terga.*" H. STEPH. Suid. Σπείρημα: τὸ τοῦ ὄφεως εἴλιγμα. Eurip. Med. 480. Δράκοντά θ', ὃς πάγχρυσον ἀμφέπων δέρας, Σπείραις ἔσωζε πολυπλόκοις ἄϋπνος ὤν.

243. Ἔχιδνα. *Vipera.* Idem quod ἔχις. Infra 981.

Ibid. Ἀπορφανίζω. *Orbum parentibus reddo.* "Usus verbo quoque Apostolus I. ad Thessal. ii. 17. ἡμεῖς ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν. Ubi simpliciter notat *privati.* Hyllus apud Soph. in Trach. 958. Κλαίων ὄθ' οὕνεκ' ἐκ δυοῖν ἴσοιθ' ἅμα Πατρός τ' ἐκείνης τ' ὠρφανισμένος βίου. — Pindar. Pyth. IV. 504. ὀρφανίζει κακὰν γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός. Schol. ἐρημοῖ. ἀποχωρίζει. Adde Pyth. VI. 22. et Suiceri Thes." ABRESCH.

244. Νῆστις. *Famelicus.* Gloss. in Prom. 590.

Ibid. Ἐντελής. *Integer. Adultus.* Sophocl. Trach. 762. Ταυροκτονεῖ μέν, δώδεκ' ἐντελεῖς ἔχων, Λείας ἀπαρχήν, βοῦς.

245. Σκήνημα. *Nidus.* Idem ac σκήνωμα; de qua voce consuli potest Schleusnerus in Lex. N. T. Intelligo autem per θήραν πατρῴαν, *prædam qualem pater capere solebat.*

247. * Πατροστερής. *Patre orbatus.* Sensu passivo, ut ὀμματοστερής, βιοστερής, ἡλιοστερής. Contra ἀργυροστερής, *qui argento privat,* infra 989.

250. Νεοσσός. *Pullus.* Infra 494. Vid. Monk. ad Eurip. Alc. 414.

251. Εὔθοινον γέρας. *Honos in epulis rite redditus;* nempe saerificialibus.

253. Σῆμα. *Auspicium*, quod per aquilarum volatum datur. Gloss. in Prom. 498.

254. Ἀρχικός. *Regius*. Eurip. Philoct. fr. VI. Τί δῆτα, θάκοις ἀρχικοῖς ἐνήμενοι, Σαφῶς διόμνυσθ' εἰδέναι τὰ δαιμόνων; *sedilibus, quibus insidentes, homines gubernatis*. De πυθμένι vid. supra 198.

255. Βούθυτον ἦμαρ. *Dies quo boves mactantur*. Sic Agam. 158. κρεουργὸν ἦμαρ. Abreschius in Misc. Obs. V. 3. p. 82. citat Eurip. Hel. 1490. βούθυτον ἡμέραν. Ion. 664. βούθυτον ἡδονήν. Sophocl. Œd. C. 1490. ἑστίαν βούθυτον. Aristoph. Av. 1232. Sic Alc. 1175. βουθύτοισι προστροπαῖς. Similis adjectivi usus Pers. 658. πολεμοφθόροισιν ἄταις. Eurip. Iph. T. 1085. βωμοὺς μηλοβύτους.

256. Κομίζω. *Curo. Foveo*. Hesych. Κόμιζε: ἐπιμελείας ἀξίου. Homer. Il. Z. 490. τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. Od. P. 112. ὡς ἐμὲ κεῖνος Ἐνδυκέως ἐκόμιζε σὺν υἱοῖς κυδαλίμοισιν. Eustath. ad Od. Z. p. 1560, 5. τὸ δὲ κομέειν λέγεται καὶ κομίζειν — παραγώγως. ὅθεν καὶ κομιδὴ ἡ ἐπιμέλεια· καὶ εὐκόμιστος κατὰ τοὺς παλαιούς, ὁ ἐπιμελείας τετευχώς. Lex. apud Bekker. p. 267, 29. Κομιδῇ: πάμπαν, τελείως· συναγωγή, ἐπιμέλεια. καὶ κομίστρια, ἡ τρόφος. Interponendum κομιδή, ante συναγωγή, incipit enim nova glossa.

259. Ὅπως μὴ πεύσεται. Hujus constructionis τοῦ ὅπως cum futuri indicativo, exempla præbebunt Dawesius M. C. p. 229. Valckenaer. ad Eurip. Phœn. 93. ad Theocr. I. 112. Porson. ad Hec. 398. Vid. Prom. 68. Suppl. 406. 447. Ag. 820.

260. Γλώσσης χάριν. *Linguæ gratia*. (Angl. *for the sake of talking*.) "τῇ γλώσσῃ χαριζόμενος, et hinc διὰ τὴν γλωσσαλγίαν, μὴ δυνάμενος ἐχεμυθεῖν — Nostro prior Hesiodus Ἔργ. 709. Μηδὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν." ABRESCH. Proclus ad Hesiodi locum, διὰ περιττὴν καὶ ἀνόητον τῆς γλώσσης ὁρμήν. Euripides dixit γλώσσῃ χαρίζεσθαι *linguæ indulgere*. Hanc locutionem minus accurate tractavi ad Prom. 302.

262. Κηκίς. *Quidquid tingit*. In hoc loco *fumus* vel *fuligo*. Hesych. Κηκίς: ἀτμίς. Vid. Gloss. in Agam. 933.

Ibid. * Πισσήρης. *Piceus.* Recte Schol. καιόμενα γὰρ τὰ ξύλα πίσσαν ἀνίησι. Rogus scilicet ex tædis pineis fiebat. Stanleius vero intelligit de pice, quæ rogo adhiberi solebat. Hesych. v. Κωνῆσαι. — καὶ πισσοκωνήτῳ μόρῳ λέγουσιν, ὅταν πίσσῃ καταχρισθέντες τινὲς ὑπὸ πυρὸς ἀποθάνωσι. Αἰσχύλος, καὶ Κρατῖνος Κρήσσαις. (Rectius Alberti. Αἰσχύλος Κρήσσαις, καὶ Κρατῖνος. Photius. Πισσοκωνήτῳ πυρί: τῷ εὐκαύστῳ. ἐπεὶ τὰ καιόμενα πίσσῃ χρίεται. Αἰσχύλος Κρήσσαις. Pro πυρί, legendum puto μόρῳ.) Sed hoc de vivicomburio dictum est: talis erat Romæ *tunica molesta.*

263. Μεγασθενής. *Præpotens.* Gloss. in Theb. 70.

265. Ἐξορθιάζω. *Alta voce excito.* Gloss. in Pers. 693.

Ibid. Δυσχείμερος. *Procellosus.* Prom. 771. Δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης. Vid. Gloss. in Prom. 15.

266. Ὑφ' ἧπαρ. *Sub jecinore.* i. e. *intimo pectore.* Sophocl. Ant. 1315. Παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὑτήν. Trach. 933. Ὁρῶμεν αὐτὴν ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ Πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην. Cum genitivo Eurip. Suppl. 919. Ἰὼ τέκνον, δυστυχῆ σ' ἔφερον, ἔφερον ὑφ' ἥπατος. Eodem fere sensu in Agam. 765. δῆχμα δὲ λύπης Οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται. et 421. πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ. Sic Theocritus XI. 15. dixit ὑποκάρδιον ἕλκος, et XX. 17. ὑποκάρδιον ὀργάν, sicut Virgilius Æn. I. 36. *æternum servans sub pectore vulnus,* quod ex Lucretio sumsit II. 638. *Æternumque daret matri sub pectore vulnus.* Hi dolores dicuntur in Eum. 465. ἄλγη ἀντίκεντρα καρδίᾳ.

267. Μέτειμι. *Prosequor.* Vid. infra μετέρχομαι v. 975.

Ibid. Αἴτιος. *Reus.* "Absolute αἴτιος pro φόνου αἴτιος, vid. etiam supra 62. Eumen. 470." ABRESCH. Sed neutrum ex his exemplis satis aptum est.

269. Ζημία. *Multa. Pœna pecuniaria.* Sed qui pœnæ quas Phœbus Oresti intendebat, non erant proprie ζήμιαι, pecuniariæ, idcirco adjicitur ἀχρημάτοισι. Eurip. Orest. 613. Ἕως ὑφῆψε δεῖρ'

ἀνηφαίστῳ πυρί. ubi Schol. δηλονότι ἄνευ πυρὸς διέφθειρε τὴν οἰκίαν. (ut εὖει ἄτερ δαλοῦ.) In Hecub. 65. σκόλιον σκιπῶνα vocat brachium, quia veri scipiones recti sunt, non curvi: vide ibi Musgravium. Hoc loquendi genus illustravi in Gloss. Agam. 81.

Ibid. Ταυρόομαι. *Efferor in modum tauri.* proprie, *in taurum vertor.* ut in Eurip. Bacch. 920. Metaphorice idem in Med. 92. εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην. ibid. 190. Καίτοι τοκάδος δέργμα λεαίνης Ἀποταυροῦται δμωσίν. Aristoph. Ran. 816. Ἔβλεψεν οὖν ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω.

271. Δυστερπής. *Injucundus.* Idem quod ἀτερπής. Prom. 31.

272. Μείλιγμα. Supra 13. Sunt autem δυσφρόνων μειλίγματα, *calamitates, quibus inimici gaudere possint.*

274. * Ἐπαμβατήρ. *Qui ascendit.* pro ἐπαναβατήρ.

Ibid. Γνάθος. *Maxilla.* Eurip. Med. 1198. Γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων. Confer Gloss. in Prom. 376.

275. Λειχῆνες. "*Impetigines* Latinis dicuntur, summæ cutis vitia, cum asperitate quadam et levi pruritu, via quædam ad psoram et fœdæ scabiei species." Foesius Œcon. Hippocrat. in voce Λειχῆνες. Pessimam hujus morbi speciem dicebant Ἀγριολειχῆνες vel Ἀγριοψωρία, teste Hesychio, (Æschylus ἀγρίαις γνάθοις.) Confer Hesychium v. Λειχῆνες, Salmasium in Tertull. de Pall. p. 401. H. Steph. Dict. Med. p. 395. Noster Eum. 783. Λειχὴν ἄφυλλος, ἄτεχνος.

Ibid. * Ἐξέσθω. *Exedo.* Forma ἔσθω occurrit Agam. 1587. Videtur esse frequentativum ab antiquiore ἔδω.

Ibid. Ἀρχαίαν φύσιν. i. e. τὴν πρὸ τοῦ νοσεῖν κατάστασιν, Hesychio interprete. Frequens est Hippocrati, vid. Foes. Œcon. Aristid. Tom. I. p. 637. τῆς ἀρχαίας φύσεως ὅτι ἐγγυτάτω γενόμενος. Abresch.

276. **Κόρση.** *Capillus.* Etymol. Gudian. p. 338. Κόρσαι: *αἱ τρίχες.* Αἰσχύλος· Λευκὰς δὲ *κόρσας* τῇδ' *ἐπαντέλλειν νόσῳ.* Loci sententiam sic aperit Schol. *ἢ μέχρις γήρως ἀτυχήσομεν, ἢ δὲ παρ' αὐτὰ γηράσομεν,* quæ verba, quia in dactylica decurrunt, fragmentum poetæ esse putat Abreschius; quum aperte sint diversæ interpretationes, vel, *usque ad senectutem morbo laborabimus* vel *illico senescemus,* præ dolore scilicet, (*οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἥματι γηράσκουσι*). Contra Stanleius et Spanhemius ad Callim. H. Dian. 78. *Albos capillos una cum hoc exoriri morbo.* Schutzius laudat Celsum de Medic. V. 28. *" Vitiligo—*λευκὴ *habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, et altius descendit, in eaque* albi pili sunt, et lanugini similes." Vocem Siculam esse *κόρση* ait auctor tractatuli de vocibus quibusdam peculiaribus, a Sturzio inserti in Maittair. de Dial. p. 377. (Bekker. Anecd. Gr. p. 1096.) Occurrit apud Simonidem VIII. 2. Empedoclem v. 27. ed. Peyron. Lycophr. 507. Nicand. ap. Athen. IV. p. 133. E. Hesych. Ἀποκορσωσαμέναις: *ἀποκειραμέναις. κόρσας γὰρ τρίχας.* Αἰσχύλος Ὑψιπύλῃ. Photius, Πυρσοκόρσου *λέοντος*: Αἰσχύλος *ἐν* Κήρυξι Σατύροις.

Ibid. **Ἐπανατέλλω.** *Insuper exorior.* Gloss. in Agam. 26.

277. **Προσβολή.** *Aggressio.* Gloss. in Theb. 28.

281. **Προστροπαῖος.** *Supplex.* Gloss. in Agam. 1577. Schol. *ἐκ τοῦ* Ἀγαμέμνονος *ἱκετεύοντος τοὺς θεοὺς ἐκδικήσεως τυχεῖν.* Conf. Eumen. 234.

Ibid. **Ἐν γένει.** pro *τῶν ἐγγενῶν.* Abreschius confert Soph. Œd. T. 1430. Τοῖς *ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾷν,* Μόνοις τ' *ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.* item Eum. 603. Ἐγὼ δὲ *μητρὸς τῆς ἐμῆς ἐν αἵματι;*

282. **Λύσσα.** *Insania.* Prom. 908. Ἔξω δὲ δρόμου *φέρομαι, λύσσης* Πνεύματι *μάργῳ.* Homer. Il. I. 238. Μαίνεται *ἐκπάγλως, πίσυνος* Διΐ, οὐδέ τι τίει Ἀνέρας, οὐδὲ *θεούς· κρατερὴ* δέ Ϝε *λύσσα* δέδυκεν.

Ibid. Ἐκ νυκτῶν. *Noctu.* Homer. Od. M. 286. Ἐκ νυκτῶν δ' ἄνεμοι χαλεποί, δηλήματα νηῶν. Theog. 452. ἀπορρήξασα δὲ δεσμὰ Πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα. Incert. Rhes. 13. ἐκ νυκτῶν τὰς ἡμετέρας κοίτας πλάθουσιν. Aristoph. Eccl. 668. Οὐκ ἀποδύσουσ' ἄρα τῶν νυκτῶν. Hæc et plura congessit Jacobsius in Anthol. Palat. T. III. p. 332. cujus exemplis adjici possunt Phrynich. App. Soph. p. 54, 20. Herodot. VIII. 76. ἐπειδὴ ἐγένοντο μέσαι νύκτες. Sappho fr. XXVIII. Δέδυκε μὲν ἀ σελάνα καὶ Πληϊάδες· μέσαι δὲ Νύκτες. Xenoph. Cyrop. V. p. 28. ἡνίκα δ' ἦν ἐν μέσῳ νυκτῶν. Anab. I. vii. 1. περὶ μέσας νύκτας. III. i. 33. σχεδὸν ἦσαν μέσαι νύκτες. Thucyd. VIII. 101. πρφαίτερον μέσων νυκτῶν.

284. Πλάστιγξ. *Flagrum.* Etymol. M. p. 674, 20. Πλάστιγξ: ἡ μάστιξ· ἀπὸ τοῦ πλήσσειν. παρ' Αἰσχύλῳ. Usitatior sensus est *lanx,* de quo Spanhem. ad Aristoph. Ran. 1420.

286. Λίψ. *Libatio.* quo sensu nescio an alibi reperiatur. Abreschius legit λίβουσι.

288. Συλλύω. *Simul solvo.* συλλύειν, *operam præstare in expiando scelere.* συλλύσων, *reconciliaturus,* Sophocl. Aj. 1317. Quod ad rem attinet, Stanleius contulit Eurip. Or. 46. μήθ' ἡμᾶς στέγαις, Μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα, Μητροκτονοῦντας. Sophocl. Œd. T. 246. Μήτ' εἰσδέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα, Μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασι Κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν, Ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας. Obiter vero notat, interdictionem hanc ab ædibus propriam fuisse Argivis: nam aliorum in ædes receptum fuisse Orestem ante expurgationem constat ex Eum. 454. Eurip. Iph. T. 947. ubi vide Heathii notata: et Valckenaer. ad Eurip. Hipp. 946. et ad Herodot. VII. 231.

290. Ταριχεύω. *Exsicco.* Proprie vero *sale condio;* et, quoniam cadavera ταριχευτὰ macie corrugantur, hinc ταριχεύειν valet *emaciare, exsiccare.* Sophron apud Schol. τὸ γῆρας ἅμε μαραῖνον ταριχεύει. Herodot. IX. 120. τεθνεώς, καὶ τάριχος ἐών. De cadaverum ταριχεύσει doctissime egit Gatakerus ad M. Ant. p. 175.

Hinc forma contracta ταρχύειν, *sepelire*, Homer. Il. H. 85. Apoll. Rhod. I. 83. Epigr. apud Huschk. Anal. Crit. 220.

Ibid. * Πάμφθαρτος. *Penitus exitialis.*

293. Εἰς ἕν. Eurip. Phœn. 472. Εἰς ἓν ξυνελθών. Iph. A. 1127. ὡς μοι πάντες εἰς ἓν ἥκετε. Hel. 748. εἰς ἓν ἐλθόντες τύχη. unde in Theocr. XX. 39. legendum cum Scaligero, καὶ εἰς ἓν παιδὶ κάθευδε. (Ovid. Heroid. XI. 21. *O utinam, Macareu, quæ nos commisit* in unum, *Venisset leto serior hora meo.*) Id. XXII. 27. Προφυγοῦσα πέτρας εἰς ἓν ξυνιούσας. *In unum* dixit Virgilius Ecl. VII. 2. Sallust. B. Jug. 11. Vid. Phrynich. Ecl. p. 40. Valckenaer. ad Eurip. Hipp. p. 192.

294. Ἐφετμή. *Mandatum.* Ab ἐφίημι. Vox Homerica. Infra 673. Eum. 241. Confer. Gloss. in Prom. 4.

Ibid. Πατρὸς πένθος. *Luctus ob patrem conceptus.* Vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 313. Gloss. in Prom. 396.

295. Ἀχηνία. *Inopia.* Gloss. in Agam. 408.

297. Ἀναστατήρ. *Eversor.* Gloss. in Theb. 1017.

301. Τελευτᾷν. Subaudi εὔχομαι, vide notata ad Theb. 75. μεταβαίνει vero, *transgreditur*, ex hac parte in illam.

304. Τελείσθω. *Pendatur.* Verbum verbo, ictus ictu rependatur. Abreschius confert Matth. Evang. V. 38. ubi veterem legem talionis abrogat Servator.

305. Πράσσω. *Exigo.* Gloss. in Pers. 482. Ἀϋτέω. *Clamo.* Vid. infra 814.

307. Δράσαντι παθεῖν. Vetus Proverbium (τριγέρων μῦθος). Nempe lege talionis nulla lex vetustior. Aristot. Eth. Nicom. V. 5. καίτοι βούλονταί γε (οἱ Πυθαγόρειοι) τοῦτο λέγειν καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον· Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο. Noster fragm. inc. 1. Δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται, vel, ut Grotius in Excerptis, Τῷ γάρ τι δρῶντι καὶ παθεῖν ὀφείλεται, vel denique ut

Schol. Pindar. Nem. IV. 51. Τὸν δρῶντά πού τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται. Pindari verba sunt, ἐπεὶ ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν, unde interpres, memoriter citans, Æschyli versum paululum corrupit. Agam. 1540. Μίμνει δὲ μίμνοντος ἐν χρόνῳ (θρόνῳ Elmsleius) Διός, | παθεῖν τὸν ἔρξαντα. Pers. 818. Τοίγαρ κακῶς δράσαντες, οὐκ ἐλάσσονα Πάσχουσι. Sophocl. El. 1026. Εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντα καὶ πράσσειν κακῶς, ubi Scholiasta citat Pindari locum. Meleager Epigr. apud Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 250. Αὐτὴ ταῦθ' εἵλου· φέρε τὸν πόνον· ἄξια πάσχεις Ὧν ἔδρασας, ὀπτῷ καιόμενον μέλιτι, ubi Ruhnkenius non monuit legendum ἔδρας. (Sophocl. Œd. C. 1031. ἔδρας τάδε).

308. **Τριγέρων.** *Pervetustus.* Phrynichus p. 64, 31. Τριπάλαια: τὰ πάνυ παλαιά. Meleager Anthol. III. xxv. 71. Præter notiora exempla τοῦ τρὶς pro πολλάκις positi, sequentia protulit Eustathius ad Il. Θ. p. 725, 29. τρισεξωλής, ὁ πάνυ ἐξωλής. τριπέδων, ὁ πολλάκις πεδηθεὶς κακοῦργος δοῦλος—ex Comico, τρίπρατος, Sophoclis τρίδουλος. Hipponax dixerat ἑπτάδουλον, Anacreon τρισκεκορημένον, τὸν πολλάκις ἐκσεσαρωμένον. Archilocus Thasum dixit τρισοιζυρὴν πόλιν. Aristophanes, τριπάλαι καὶ δεκαπάλαι, καὶ μυριοπάλαι. (Eq 1150.) Hæc ille. τριτάλαινα Eurip. Hipp. 735. τριπάχυιος Noster Ag. 1452. τρισέχθιστος Phrynichus App. Soph. p. 65, 12. Ceterum τριγέρων μῦθος est *proverbium pervetustum*, vid. Gloss. in Agam. 727. Exemplis ibi allatis adjici possunt Plato Symp. 18. p. 181. Fisch. ὁ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει. Legg. III. p. 543, 36. Bas. 2. ὁ μὲν δὴ θεός, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, κ. τ. λ. Phædr. §. 37. ἤλικα γὰρ δὴ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, τέρπειν τὸν ἤλικα. Eriphus ap. Athen. IV. p. 134. C. Λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος, οὐ κακῶς ἔχων. Cratinus ap. Schol. Platon. p. 44. Οἵδ' αὖθ' ἡμεῖς, ὡς ὁ παλαιὸς Λόγος, αὐτομάτους ἀγαθοὺς ἰέναι Κομψῶν ἐπὶ δαῖτα θεατῶν.

Ibid. **Τάδε φωνεῖ.** Agam. 1304. δακτυλόδεικτον δ' Οὔτις ἀπειπὼν εἴργει μελάθρων, Μηκέτ' ἐσέλθῃς, τάδε φωνῶν.

309. *** Αἰνοπάτηρ.** *Infaustus pater.* ὁ ἐπὶ αἰνοῖς πατήρ. Hesych. Αἰνότοκος: ὁ ἐπὶ κακῷ τεχθείς. Alcman apud Schol. Venet.

in Il. Γ. 39. Δώσπαρις, αἰνόπαρις, κακὸν Ἑλλάδι βωτιανείρῃ. Vid. Gloss. in Agam. 692.

311. Οὐρίζω. *Prospero flatu impello.* Gloss. in Pers. 608. Infra 914.

313. Ἰσόμοιρος. *Æqualem portionem sortita.* Confer notata.

315. Κεκλῆντ' ἄν. *Celebrarentur.* Vide notas.

316. * Προσθόδομος. *Ædium defensor. Qui pro ædibus, stat,* ut ὀπισθόδομος est *pone ædes.* Sic mihi interpretandum videtur.

319. Γνάθος. Supra 274. Docte observavit Scholiasta, ἡ γνάθος συνήθης, ὡς καὶ ὁ κρημνὸς παρὰ Πινδάρῳ, καὶ ἡ ἠχὼ παρὰ Σιμωνίδῃ. Hæc et alia omisit Schutzius in editione Scholiorum a. 1821.

321. Ὀτοτύζω. *Dico ὀτοτοῖ.* Agam. 1041. Τί ταῦτ' ἀνεστότυξας; ubi vid. Gloss. Mirari subit, quum ab οἴμοι formatum fuerit οἰμώζειν, quare ab ὀτοτοῖ formatum sit ὀτοτύζειν, et ab εὐοῖ, εὐάζειν. Sensus est, *Defunctus clamore funebri ploratur.*

325. Ἀμφιλαφής. *Utrinque conceptus.* Agam. 984. πολλά τοι δόσις ἐκ Διὸς ἀμφιλαφής. Confer Æ. Porti Lex. Ion. in v. In hoc loco vertendum, quasi esset ἀμφιλαφῶς, monuit Butlerus.

326. Ἐν μέρει. *Vicissim.* Angl. *In turn.* Gloss. in Agam. 323.

328. Ἐπιτύμβιος. *Sepulcralis.* Gloss. in Agam. 1525.

333. Ἀτρίακτος. *Non vincendus.* Schol. ἀπὸ τῶν παλαιστῶν, οἱ ἀποτριάζονται ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων. Gloss. in Agam. 165.

334. Χρήζων. *Volens. Si vult.* non autem ὁ χρησμῳδῶν, quod ait Scholiasta.

337. Παιάν. *Pæan.* Gloss. in Theb. 867.

338. * Νεοκράς. *Recenter commixtus.* νεωστὶ κεκραμένος. Hesych. Vid. Porson. ad Eurip. Med. 138. Etymol. Gudian. p. 345. Νεοκράτη σπονδάς: Αἰσχύλος· τὰς νεωστὶ ἐκχυθείσας. et p. 350. καὶ

παρ' Αἰσχύλῳ νεοκράται σπονδαὶ λέγονται. τοῦτ' ἔστιν αἱ νεωστὶ ἐκχυθεῖσαι. In priore loco legendum νεοκράτας ex Etymol. M. p. 337, 46.

341. * Δορίτμητος. *Hasta percussus.* Sed verum puto δορίκμητος.

343. Κέλευθος. *Via.* κελεύθοις, *vitæ tenori.* Butlerus confert Pindar. Nem. VIII. 60. ἀλλὰ κελεύθοις | ἁπλοαῖς ζωᾶς ἐφαπτοίμαν. Eurip. Herc. F. 432. βίου κέλευθον ἄθεον.

344. Ἐπίστρεπτος. *In quem aliquis convertitur.* Suppl. 1004. Stanleio laudatus, Ὥραν ἔχουσαν τήνδ' ἐπίστρεπτον βροτοῖς. Homer. Od. A. 176. ἐπεὶ πολλοὶ ἴσαν ἀνέρες ἠμάτερον δῶ Ἄλλοι, ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἐπίστροφος ἦν ἀνθρώπων. Vid. Gloss. in Theb. 645. Agam. 388. Hesych. Ἐπιστροφαί: διατριβαί, διαῖται. Αἰσχύλος Φρυξί. Verte igitur, *vitam in qua liberi sine impedimento versari possint.*

345. Πολύχωστος. *In altum congestus.* Confer Gloss. in Theb. 947.

346. Διαπόντιος. *Transmarinus.* Thucyd. I. 141. πολέμων διαποντίων. Sic ὑπερπόντιος Agam. 404. Abreschius comparat *Lares permarinos* Livio memoratos IV. 52. In vetere Glossario Lares permarini exponuntur διαπόντιοι θεοί, teste Turnebo Adv. XII. 35.

350. Ἐμπρέπω. *Inter alios conspicuus sum.* Agam. 6. Λαμπροὺς δυνάστας ἐμπρέποντας αἰθέρι. Paullo aliter Sophocles El. 1187. Ὁρῶ σε πολλοῖς ἐμπρέπουσαν ἄλγεσι.

351. Σεμνότιμος. *Venerabiles honores habens.* Eum. 831. Ὡς σεμνότιμος καὶ ξυνοικήτωρ ἐμοί. Vid. Gloss. in Agam. 176.

Ibid. Ἀνάκτωρ. *Rector.* Forma poetica. Eurip. Tro. 1225. ὦ μέγας ἐμοί ποτ' ὢν ἀνάκτωρ πόλεως. Nota veterum opinio, quam quisque stationem in vita occupaverit, eandem eum etiam in orco tenere. Vid. Gloss. in Pers. 697.

352. Πρόπολος. *Minister.* Plutonis sc. ac Proserpinæ. πρόπολος est proprie qui πρό τινος πολεῖται.

353. Ἐκεῖ. *Apud inferos.* Sophocl. Aj. 854. Ὦ Θάνατε, Θάνατε, νῦν μ' ἐπισκέψαι μολών, Καίτοι σὲ μὲν κἀκεῖ προσαυδήσω ξυνών. 1372. Οὗτος δὲ κἀκεῖ κἀνθάδ' ὤν, ἐμοίγ' ὅμως Ἔχθιστος ἔσται. El. 358. ὥστε τῷ τεθνηκότι Τιμὰς προσάπτειν, εἴ τις ἔστ' ἐκεῖ χάρις. Eurip. Med. 1069. Εὐδαιμονοίτην· ἀλλ' ἐκεῖ· τὰ δ' ἐνθάδε Πατὴρ ἀφείλετ'. Hec. 422. Ἐκεῖ δ' ἐν Ἅιδου κείσομαι χωρὶς σέθεν. Plato Phæd. 9. θαῤῥεῖν μέλλων ἀποθανεῖσθαι, καὶ εὔελπις εἶναι ἐκεῖ μέγιστα οἴεσθαι ἀγαθά.

355. Μόριμος. *Fato decretus;* idem ac μόρσιμος. Homer. Il. Υ. 303. μόριμον δέ Ϝοί ἐστ' ἀλέασθαι.

Ibid. Λάχος. *Sors.* Eum. 334. Τοῦτο γὰρ λάχος διανταία Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν. Callim. H. Jov. 79. Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων Θειότερον. τῷ καί σφε τεὴν ἐκρίναο λᾶξιν.

356. * Πεισίβροτος. *Mortales suadens; Cui homines parere solent.* βάκτρον, *sceptrum regale;* vid. Homer. Iliad. A. 237. Agam. 195. χθόνα βάκτροις ἐπικρούσαντας Ἀτρείδας.

359. * Δορικμής. *Hasta cæsus.* σιδηροκμής, *ferro cæsus,* ex Sophoclis Aj. 325. notavit Stanleius. Composita ex κάμνω amat Æschylus: vid. ad Agam. 787.

366. Κρείσσονα χρυσοῦ. "Aristotelis Hymn. in Hermian. Χρυσοῦ τε κρέσσω καὶ γονέων. Catullus CV. 3. *nobisque hoc carius auro.* Tibull. I. 8. *Carior est auro juvenis, cui levia fulgent Ora.*" STANLEIUS. Comparari potest locutio proverbialis χρυσὸς δόξει εἶναι, *aurum videbitur præ alia mala.* Eurip. Tro. 432. Ὡς χρυσὸς αὐτῷ τἀμὰ καὶ Φρυγῶν κακὰ Δόξει ποτ' εἶναι. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. Necyom. I. p. 460.

367. Ὑπερβόρεος τύχη. "De felicitate Hyperboreorum res nota. Pomponius Mela III. 5. *Diutius quam ulli mortalium et beatius vivunt.* Cf. Gesneri de navigationibus extra columnas Herculis Prælect. II. in ejusdem Orphicis p. 467." SCHUTZ. Hyperboreorum felicitatem depingit Pindarus Pyth. X. 57. Μοῖσα δ' οὐκ ἀποδαμεῖ | τρόποις ἐπὶ σφετέροισι· πάν|τα δὲ χοροὶ παρθένων | λυρᾶν τε

βοαὶ καναχαί τ' αὐλῶν δονέονται· | δάφνᾳ τε χρυσέᾳ κόμας | ἀναδήσαντες εἰλαπινά|ζουσιν εὐφρόνως. | νόσοι δ' οὔτε γῆρας οὐλόμενον | κέκραται ἱερᾷ γενεᾷ. πόνων | δὲ καὶ πολέμων ἄτερ | οἰκέοισι, φυγόντες | ὑπέρδικον Νέμεσιν. Plura de Hyperboreis quærens adeat Spanhem. ad Callim. H. Del. 281.

369. Μάραγνα. *Flagellum.* Vide notata. Ut hic διπλῆς μαράγνης, sic Agam. 625. διπλῇ μάστιγι.

374. Διαμπερές. *Penitus.* διόλου—διαμπάξ, Hesych. a διανταπείρω, non vero a διαπέρας, quod ait Etym. M. p. 268, 43. Divisim Homerus Il. Λ. 377. διὰ δ' ἀμπερὲς ἰὸς Ἐν γαίῃ κατέπηκτο.

377. Ὑστερόποινος. *Pœnam sero adferens.* Vide Gloss. in Agam. 57.

378. Τλήμων. *Audax.* Infra 587. γυναικῶν φρεσὶν τλημόνων. Vid. Monk. ad Eurip. Alc. p. 36. De πανοῦργος confer Gloss. in Theb. 599.

379. Τελεῖται. *Rependetur.* Supra 304. Quod ad constructionem attinet, ἀμπέμπων videtur esse nominativus pendens. τοκεῦσι de matre, sc. Clytæmnestra, intelligit Schutzius.

381. Πευκήεις. *Acerbus. Amarus.* Idem quod πευκεδανός, et ἐχεπευκής, quarum vocum diversas etymologias tradit Eustath. ad Il. A. p. 42. vel quia πεύκη δάκρυ amarum est, quo sagittas linebant, (sed quis hoc tradidit?) vel quia πεύκη semel excisæ stirps non repullulat, quod tamen de πίτυι tradunt physici, non de πεύκῃ. Equidem crediderim vetus fuisse nomen πευκός, *amaritudo*, cognationem quandam cum πικός, πικρός, habens, unde arbor dicta est πευκή. Hinc ἐχεπευκής, πευκεδανός, πευκήεις, et πευκάλιμος. Infra 630. ξίφος ὀξυπευκές, ubi vide notata; sed forsan in hoc loco πευκήεις intelligi possit de rogo ex pineis tædis confecto. Vid. supra 262.

Ibid. Ὀλολυγμός. *Ejulatio.* Gloss. in Theb. 254.

384. Ἔμπας. Omnino. Gloss. in Prom. 48. Constructio est, τί γὰρ κεύθω οἷον ἔμπας ποτᾶται πάροιθεν φρενός, πάροιθέν τε πρώρας. Vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 495, 4.

386. Δριμύς. *Acer.* Gloss. in Agam. 1478.

Ibid. Ἀήτης. *Flatus.* Homer. Il. O. 626. ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης Ἰστίῳ ἐμβρέμεται.

387. Ἔγκοτος. *Iracundus.* Substantivum ἔγκοτος frequens apud Herodotum, ἔγκοτον ἔχειν, *irasci* &c. Vid. Lexicon Ionicum: Gloss. in Theb. 804, infra 1040.

Ibid. Στύγος. *Odium.* Gloss. in Theb. 650.

388. Ἀμφιθαλής. *Utrinque florens.* Hic vero, ut videtur, *qui ambo florere faciet*, ὁ ποιήσων ἄμφω ἡμᾶς ἀναθηλῆσαι, Schol. Confer Gloss. in Agam. 1113.

390. Δαΐζω. *Scindo.* Gloss. in Agam. 201.

391. Πιστὰ γένοιτο χώρᾳ. *Fiducia redeat huic terræ.* Totum locum sic vertit Butlerus. *Et aliquando Jupiter iterum nobis florere concedens, manum* sceleratis *injiciat, (heu! heu! percussis Ægisthi et Clytæmnestræ capitibus. Redeat huic urbi fides et* justitia, *pœnas autem in sontes exposco. Vos vero audite (Furiæ) sub terra nactæ imperium.* Vel πιστὰ in hoc loco idem valere potest ac πιστοί, sicut in Pers. 1. Τάδε μὲν Περσῶν πιστὰ καλεῖται.

396. Λοιγός. *Letum.* θάνατος. ὄλεθρος. Hesych. Vox Homerica. Eustathius p. 49. ducit vel a λείπω, vel a λέγω, vel ab ὀλίγος, transpositione τοῦ ι. ἐκ δὲ τοῦ λοιγός, inquit, καὶ ὁ βροτολοιγός, καὶ ὁ ἀθηρολοιγός, καὶ τὸ λοίγιον. Hesych. Λοιγίστρια: ὀλοθρεύτρια. Vetus fuit radix λόω vel λοίω, *lædo*, unde λοιγός, λοιμός, λοῖσθος, λοιδορέω.

400. * Πολυκρατής. *Præpotens.*

402. Δωμάτων ἄτιμα. *Domibus spoliata.* Supra 289. πάντων ἄτιμον, κἄφιλον, *omnium expertem.*

404. Πάλλομαι. *Agitor.* Locutio Æschylea; infra 517. Κἀκ νυκτιπλάγκτων δειμάταν πεπαλμένη. Suppl. 574. Βροτοὶ δ', οἳ γᾶς

τότ' ἦσαν ἔννομοι | χλωρᾷ δείματι θυμὸν | πάλλοντ'. ibid. 792. μελανόχρως δὲ πάλλεταί μου καρδία. Mox φίλον κέαρ dictum est secundum Homericum φίλον ἦτορ.

405. Οἶκτος. *Lamentum.* θρῆνος, Hesych. Theb. 51. οἶκτος δ' οὔτις ἦν διὰ στόμα. Suppl. 60. οἶκτον οἰκτρὸν αἴων. 66. πενθεῖ νέον οἶκτον ἠθέων. Ab exclamatione οἴ, οἴ, formatur verbum οἰζω, (Apollon. Dysc. de Adv. p. 538, 9.) sicut ὤζω ab ὤ, ὤ, et similia: (vid. Gloss. in Theb. 8. Agam. 1287.) Hinc οἶκτος *lamentatio*, et sensu secundario, *misericordia*. Idem fere significat οἰζύς, vetus vox Ionica.

407. Κελαινόομαι. *Nigresco.* De hac metaphora vid. Gloss. in Pers. 119. Ταῦτά μοι μελαγχίτων | φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ. De σπλάγχνοις, affectuum sede, conferas Gloss. in Prom. 755. Constructio est, σπλάγχνα δέ μοι κλυούσῃ κελαινοῦται πρὸς ἔποτ. Stanleius tmesin fingit pro προσκλυούσῃ; atqui verbum προσκλύειν neque exstitit, neque exstare potuit.

412. Εἰπών τυγχάνω. *Recte dico.* Vide supra notata ad v. 311. Glossar. in Agam. 1203. Monk. ad Eurip. Hipp. 1203.

414 Σαίνω. *Blandior.* Gloss. in Theb. 379.

416. **Ἄσαντος. *Non mulcendus. Cui frustra blandieris.* Activo sensu Hesych. Ἄσαντος: οὐ σαίνων.

Ibid. Ἐκ ματρός. *Ex eo tempore quo natus est:* infra 599. ἐπεὶ μολὼν | ματρόθεν κελάδησε. 738. Ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη. Theb. 661. Ἀλλ' οὔτε νιν φυγόντα μητρόθεν σκότον, Οὔτ' ἐν προφαῖσιν, οὔτ' Ἐφηβήσαντά πω, Οὔτ' ἐν γενείου ξυλλογῇ τριχώματος, Δίκη προσεῖδε καὶ κατηξιώσατο. Hanc interpretationem potiorem judico Stanleii versione, *implacabilis est matris animus;* quæ tamen defendi potest: Eurip. Ion. 683. Ἐκ τῶν Ἀθηνῶν μ' ἡ τεκοῦσ' εἴη γυνή, Ὡς μοι γένηται μητρόθεν παῤῥησία.

417. Κομμός. *Planctus.* A κόπτω *plango.* Notandum est ἔκοψε, activa voce, pro ἐκόπτετο. In re scenica κομμὸς erat θρῆνος κοινὸς χοροῦ καὶ ἀπὸ σκηνῆς, Aristot. Poet. XII. fin. Auctor apud

Suidam in voce, ἠγείτο γυναικῶν μυρία πληθύς, μετὰ κομμοῦ καὶ ὀλολυγῆς.

Ibid. Ἄρειον. Schol. interpretatur Περισκόν. Abreschius laudat Steph. Byz. Ἄρια: θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως Περσικὴ χώρα, ὡς Ἑλλάνικος· τὸ ἐθνικὸν Ἄρειος. Sed in hoc loco valet *Martium, ad cædem pertinens.*

Ibid. Κίσσιος. *Cissius.* Gloss. in Pers. 17. De bellatricibus Cissiis nihil apud antiquos, quantum sciam, alibi traditur.

418. Νόμος. *Mos.* Vel potest esse *gesticulatio:* Herodot. VIII. 89. μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι.

Ibid. Πολεμίστρια. *Bellatrix.* Hujusmodi feminina derivantur a masculinis in της, quod notavit Bastius ad Gregor. p. 259. Conf. Elmsl. ad Eurip. Med. p. 108. Apud Æschylum occurrunt ἀγύρτρια, Agam. 1244. φαιδρύντρια infra 747.

419. * Ἀπριγδόπληκτος. *Indesinenter percussus,* vel *percutiens.* ἀπρίξ dicitur fieri, quidquid nexu individuo factum est: vid. Gloss. in Pers. 1058.

420. * Ἐπασσυτεροτριβής. *Frequenter inflictus.* ὃ ἐπασσυτέρως τρίβεται. (vid. Gloss. in Prom. 337.) Hesych. Ἐπασσύτερον: ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις. Homer. Il. A. 382. οἱ δέ νυ λαοὶ Θνῄσκον ἐπασσύτεροι. Hanc vocem etymologi ducunt ab ἄσσον, *propius.* Rectius, ut opinor, derivatur ab ἐπανασεύομαι.

Ibid. Ὄρεγμα. *Porrectio.* Agam. 1080. Eurip. Phœn. 314. ἀμφίβαλλε μα | στὸν ὠλέναισι ματέρος, | παρηΐδων τ' ὄρεγμα. Hel. 554. Σέ, τὴν ὄρεγμα δεινὸν ἠμιλλημένην, *pedum contentionem.*

421. Ἐπιῤῥοθέω. *Resono,* velut litus fluctibus percussum. Vid. Gloss. in Theb. 7.

422. Ἀμός. *Noster.* Hoc rectius puto quam ἀμόν. Sed vide Gloss. in Theb. 413.

423. Δάϊος. Vel *hostilis* vel *miser.* Gloss. ad Prom. 360.

424. Ἐκφορά. *Elatio*, ad funus sc: Gloss. in Theb. 1026.

430. Ἕκατι. *Quod attinet ad:* (Angl. *as far as it depends upon.*) Gloss. in Pers. 343. Supra 207. Vel *propter*, (*by means of.*) Alcman ap. Athen. XIII. p. 600. F. Ἔρως δ' αὖτε, Κύπριδος ἕκατι, | γλυκὺς κατείβων καρδίαν ἰαίνει. Infra 982.

432. Νοσφίζω. *Alieno.* Theb. 981. Σωθεὶς δὲ πνεῦμ' ἀπώλεσεν—καὶ τὸ τοῦδ' ἐνόσφισεν. Hinc νοσφίζειν τινα, *aliquem a vita separare.* Infra 484. Μέμνησο λούτρων, οἷς ἐνοσφίσθης, πάτερ. Eum. 211. Τί γὰρ γυναικός, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ;

433. Μασχαλίζω. *Amputo corporis extremitates.* Sed primaria significatio est, *circa pectus sub axillis cingere;* unde μασχαλιστήρ, *lorum pectorale.* (Prom. 71.) Hesych. Μασχαλισθῆναι: ἀνηρτῆσθαι ἐκ τῶν μασχαλῶν. Homicidæ cadaveris extremitates amputatas præ contumelia sub occisi axillis suspendere solebant. Sophocl. El. 444. Ὑφ' ἧς θανὼν ἄτιμος, ὥστε δυσμενής, Ἐμασχαλίσθη, κἀπὶ λουτροῖσιν κάρα Κηλῖδας ἐξέμαξεν. Suidas, Ἐμασχαλίσθη: ἔθος ἦν τοῖς ἀρχαίοις, ὁπότε φονεύσειαν ἐξ ἐπιβουλῆς τινά, τὸ ἔργον ἀφοσιουμένους, ἀκρωτηριάζειν τὸν νεκρόν· καὶ τῶν μορίων ὁρμαθὸν ποιήσαντας, κρημνάναι κατὰ τοῦ τραχήλου. κατὰ τῶν μασχαλῶν διείροντας. ἀφ' οὗ δὴ καὶ μασχαλίσματα προσηγόρευσαν αὐτά. Σοφοκλῆς ἐν Τρωΐλῳ πλήρη μασχαλισμάτων εἴρηκε τὸν μασχαλισμόν. (Brunckius τὸν φονεύσαντα.) Hoc autem factum fuisse, non ἀφοσιώσεως caussa, sed præ contumelia, judicat Musgravius. Stanleius, præter hunc locum et Hesychii glossam, contulit Senecæ Agam. 900, — *ille jam exanimem petit, Laceratque corpus; illa fodientem adjuvat;* et notum Virgilii locum de Deiphobo Æn. VI. 494. Schol. in Apollon. Rhod. IV. 477. τῶν ἀποθανόντων οἱ δολοφονοῦντες ἀρχαίως ἀκρωτηριασμόν τινα ἐποίουν τοῦ ἀναιρουμένου· καὶ ταῦτα λαβόντες ἐξήρτων τοῦ τραχήλου αὐτῶν. τῶν δὲ καλουμένων ἀκρωτηριασμάτων ἄπειρα καὶ πολλὰ ἐξάργματα.

435. Κτίζω. *Condo. Pono.* Gloss. in Pers. 294. Μάομαι. *Quæro.* Supra 40.

438. Δύα. *Ærumna.* Gloss. in Prom. 186.

440. Μυχάς. *Penetrale:* i. e. mulierum conclave: vid. Gloss. in Agam. 95.

Ibid. *'Αφερκτος. *Exclusus.* ἔργω forma Ionica erat verbi εἴργω, quod cum aspero spiritu scribendum esse monstrat compositum καθειργνύω. "Eustathius," inquit H. Stephanus, "scribit Atticos εἴργω scripsisse cum tenui pro κωλύω, unde esse ἀπεῖρξεν, at pro ἐκκλείω scribere solitos εἴργω cum aspero; quod probari ex καθεῖρξεν et εἱρκτή." Dicebant ἀπείργω, *abigo,* et κατείργω, *subigo.* ut distinctio, quam ponit Eustathius, vera videatur.

Ibid. * Πολυσινής. *Multum lædens.* non πολύσινος, uti scribit Schneiderus. ἀσινὴς Theb. 826. infra 1005.

441. 'Αναφέρω. *Emitto:* sensus rarior, cujus exemplum ex Alexandro tantum Aphrodisiensi protulit H. Stephanus.

Ibid. Λίβος. *Gutta.* Schol. λίβη: τὰ δάκρυα. Vid. Gloss. in Agam. 1402.

442. Χαίρουσα — κεκρυμμένη. *Gaudens celasse.* χαίρειν construitur cum participio verbi, actionem denotantis, qua quis lætatur. Eurip. Hipp. 8. Τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο, ubi vid. Monk. Hippocr. de Aer. et Aq. 111. p. 104. εἰ δὴ τιμώμενοι χαίρουσι οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων. Herod. VII. 236. καὶ γὰρ δὴ καὶ τρόποισι τοιούτοισι χρεώμενοι οἱ Ἕλληνες χαίρουσι. Aristot. Poet. 4. χαίρομεν θεωροῦντες. Comicus, non memini quis, νόσον ἔχεις, χαίρεις διδούς. Exemplis quæ dedi hujus constructionis in Glossario in Pers. 843. ed. 2. Append. adjiciantur Eurip. Hipp. 460. στέργουσι — νικώμενοι. Med. 246. ὅταν τοῖς ἔνδον ἄχθηται ξυνών. Herod. V. 92. πειρήσησθε κατάγοντες. Ceterum de κεκρυμμένη, sensu activo, vid. Matthiæ. Gr. Gr. p. 715. versionis Anglicanæ, et Animadv. p. xlvi. Valckenaer. Schol. in Actt. p. 436.

443. Ἐν φρεσὶν γράφου. Prom. 814. Ἧν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. ubi vid. Glossarium.

444. Συντετραίνω. *Simul terebro.* Herodot. II. 11. σχεδὸν μὲν ἀλλήλοισι συντετραίνοντας τοὺς μυχούς. quem locum male

verterunt interpretes. Sensus est, *ad intimos recessus penetrant idem fere terræ spatium dissecantes, ut initium hujus cum fine illius concordet, quod ad parallelismum attinet; parvo autem spatio interposito inter se distant.* Homer. Il. X. 397. Ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε. Eustath. in Od. E. p. 1532, 7. ἔστι γὰρ τρῶ — ἐξ οὗ τραίνω, τὸ παραγωγὸν τοῦ τρανὸς καὶ τρανές. καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασμόν, τετραίνω.

447. Ὀργάω. *Vehementer appeto.* Timæus Lex. Plat. Ὀργᾷ: ἐπείγεται. ἐπιθυμεῖ. ubi vide Ruhnkenium, hujus loci non oblitum.

448. Καθήκω. *Devenio:* de iis dictum qui in certamen descendunt; sicut καθιέναι est in certamen mittere. Exemplum tamen hujus notionis in promtu non habeo.

450. Κεκλαυμένος. *Lacrymis perfusus.* Infra 719. Abreschius laudat Sophocl. Œd. T. 1490.

451. Στάσις. *Cœtus.* Supra 108. Ἐπιῤῥοθέω 421.

453. Ξὺν δὲ γενοῦ. Tmesis pro ξυγγενοῦ δέ. Gloss. in Agam. 569.

456. Ὑφέρπω. *Subrepo.* Agam. 260. Χαρά μ' ὑφέρπει, δάκρυον ἐκκαλουμένη. 437. φθονερὸν δ' ὑπ' ἄλγος ἕρ|πει προδίκοις Ἀτρείδαις. Sophocl. Œd. T. 786. Ἔκνιζέ μ' ἀεὶ τοῦθ', ὑφεῖρπε γὰρ πολύ.

Ibid. Εὔγματα. *Preces.* "Admodum usitatum Nostro, quod jam observavit Spanh. ad Callim. H. Pallad. 139. Add. Soph. Antig. 1199." Abresch.

459. Πόνος ἐγγενής. i. e. ἀπὸ τῶν ἐν γένει, Theb. 579. ἐγγενεῖς θεοί. Suppl. 335. κῆδος ἐγγενές.

460. Παράμουσος. *Contra justos numeros modulatus.* (Angl. *Out of tune.*) Eurip. Phœn. 796. Ὦ πολύμοχθος Ἄρης, τί ποθ' αἵματι | καὶ θανάτῳ κατέχει, Βρομίου παράμουσος ἑορταῖς. Confer Gloss. in Prom. 1090. de verbo παραπαίειν. Sic παραχορδίζειν *dissone citharam pulsare.* Aristoph. Eccl. 295. ὅπως μηδὲν παραχορδιῇς. Schol. παρὰ ῥυθμὸν ποιήσῃς.

464. Ἔμμοτος. *Inhærens.* A μοτός, *linteum carptum*, (Angl. *Lint*) "dicitur ἔμμοτον medicamentum liquidum, quod linteolis concerptis exceptum intra ulcera ejusque sinus reconditur." H. Steph. Thes. II. p. 968. Hinc etiam ἔμμοτος dicebatur is, qui curatione per ἔμμοτα φάρμακα indigebat. μοτὸς autem formatur a μόω *infercio*, unde ἄμοτος, *inexplebilis.* Schol. Venet. in Il. Δ. 440. Ἄμοτον: ἀπλήρωτον. ἀφ' οὗ καὶ μοτά, τὰ ἐπιβέμενα τοῖς κοιλοῖς τραύμασιν ὀθόνια πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς σαρκός. Vid. Heyn. Excurs. XVII. in Virg. Æn. II.

467. Αἰών. *Vita.* Gloss. in Prom. 887.

476. Ἔννομος. *Legitimus. Solennis.* αἱ νόμιμοι θυσίαι. Schol. Pro δίκαιος Suppl. 409. Ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις. Græci, peractis exsequiis, convivium agitabant in ædibus ejus qui proxime contingebat defunctum; quinetiam epulum funebre ante exsequias celebrabant: sicut Achilles Il. ψ. 29. τάφον μενοεικέα δαίνυ. (quo alludit Menecrates ap. Dion. Hal. A. R. I. p. 38. ὅμως δὲ τάφον αὐτῷ (Ἀχιλλεῖ) δαίσαντες, ἐπολέμεον τῇ πάσῃ.) Hujusmodi convivium dicebatur περίδειπνον, i. e. δεῖπνον περὶ τὸν νεκρόν. Lexic. ap. Bekker. p. 294, 22. Περίδειπνον: ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσιν ἑστίασις γινομένη. Hesych. Τάφος: τὸ γενόμενον περίδειπνον ἐπὶ τῇ τῶν κατοιχομένων τιμῇ. Quod de mensa decidebat, manibus erat sacrum, et ad sepulcrum deferebatur, ut eo vescerentur manes. In his epulis homines de laudibus defuncti sermones cædebant. Unde proverbium; οὐκ ἂν ἐπαινεθείης οὐδ' ἐν περιδείπνῳ, de homine nequam. Hæc maximam partem præbuit Bosius in Antiqq. Gr. p. 268. περίδειπνον inter ὕφαψιν τῆς πυρᾶς et ταφὴν ponit Julius Pollux VIII. 146. Id. ibid. 66. ἡ ἐπὶ τῷ πένθει σύνοδος, περίδειπνον. Conf. Casaubon. ad Pers. V. 33. *sed cœnam funeris hæres Negligat iratus:* et quæ erudite disseruit Hemsterhusius ad Luciani Cont. p. 519.

477. Εὔδειπνα, τά. *Silicernium.* Sacrificium apud Athenienses celebratum, in honorem defunctorum. Hesychius; Εὐδείπνοις: θυσία τις Ἀθήνησιν καὶ ἡ Τριτογενής. καὶ αἱ ταῖς νεκροῖς ἐπιφερόμεναι σπονδαί, ἤγουν χοαί. Forsan tamen in hoc loco εὔδειπνοι sint *homines laute epulantes.*

478. Πυρόν. *Pyra.* H. Stephanus citat ex Herodoto, τὰ πυρὰ ἐκκαύσαντες. Suidas. Πυρά. τὰ καύματα.

Ibid. * Κνισωτός. *Nidore suffitus.* Lucian. Cont. p. 519. οἱ δὲ καὶ πυρὰν νήσαντες πρὸ τῶν χωμάτων, καὶ βόθρον τινα ὀρύξαντες, καίουσί τε ταυτὶ τὰ πολυτελῆ δεῖπνα, καὶ εἰς τὰ ὀρύγματα οἶνον καὶ μελίκρατον, ὡς γοῦν εἰκάσαι, ἐγχέουσιν. EPM. οὐκ οἶδα, ὦ πορθμεῦ, τί ταῦτα πρὸς τοὺς ἐν ᾅδου· πεπιστεύκασι δ' οὖν τὰς ψυχὰς ἀναπεμπομένας κάτωθεν δειπνεῖν μὲν ὡς οἷόν τε περιπετομένας τὴν κνίσαν, καὶ τὸν καπνόν, πίνειν δὲ ἀπὸ τοῦ βόθρου τὸ μελίκρατον. Vid. Gloss. in Prom. 505. Attici tamen dicebant κνισάω potius quam κνισόω. Eurip. Alc. 1175. Βωμούς τε κνισᾷν βουθύτοισι προστροπαῖς. ubi vid. Monk. Quod ad orthographiam adtinet, hæc habet Eustathius ad Od. P. p. 1819, 39. ἡ δὲ κνίσσα, κοινότερον μὲν διὰ δύο σίγμα γράφεται. Ἡρωδιανὸς δὲ ἐθέλει ἀπὸ μέλλοντος αὐτὴν γενομένην τοῦ κνίζω κνίσω, δι' ἑνὸς γράφεσθαι σ, καὶ ἔκτασιν λαβεῖν τοῦ ι. δηλοῖ δέ, φησίν, ἡ κνῖσα, τὴν κατ' ὀλίγην ἀπὸ τοῦ ὀπτωμένου ἀναφορὰν τῇ ὀσφρήσει προσίζουσαν. Uno sigma Apollonius Lex. Homerico p. 408. ubi Tollius post Toupium, ait primam in κνίση corripi; atque adeo in Homero, qui semper producit, ubique scribendum esse κνίσση.

479. Παγκληρία. *Tota possessio. Hæreditas non divisa.* Totam domi supellectilem dicebant ἐνδομένειαν. Pollux X. 12. κάλλιον δὲ τὴν ἐνδομένειαν παγκτησίαν, ἢ παμπησίαν ὀνομάσαι, ὡς ἐν Ἐκκλησιαζούσαις Ἀριστοφάνης· τραγικώτερον γὰρ ἡ παγκληρία. Eurip. Ion. 826. Ὅστις σε γήμας, ξένος ἐπεισελθὼν πόλιν, Καὶ δῶμα, καὶ σὴν παραλαβὼν παγκληρίαν. Suppl. 14. Οἰδίπου παγκληρίας Μέρος κατασχεῖν φυγάδι Πολυνείκει θέλων. Conf. Gloss. in Theb. 818.

481. Πρεσβεύω. *Præ ceteris veneror.* Gloss. in Agam. 1271.

482. Ἐποπτεύω. Supra 1.

483. Εὔμορφος. *Formosus.* Gloss. in Agam. 406.

484. Νοσφίζω. Supra 433.

485. Ἀμφίβληστρον. *Rete.* Agam. 1353. Ἄπειρον ἀμφίβληστρον, ὥσπερ ἰχθύων, Περιστιχίζω, πλοῦτον εἵματος κακόν.

Ibid. Καινίζω. *Primus utor.* Gloss. in Agam. 1038. Hunc sensum percepit Stanleius; "Vix redderem *interemerunt*, quum καίνειν et καινίζειν inter se differant; sed *recens exceperunt*, vel *induerunt*."

486. Ἀχάλκευτος. *Ære non fabrifactus.* Hanc locutionem explicui in Glossario in Agam. 81. Plutarchus de Amicorum Multit. p. 166. ὡς Θησεὺς τῷ Πειρίθῳ κολαζομένῳ καὶ δεδεμένῳ, Πέδαις ἀχαλκεύτοισιν ἕζευκται πόδας. Vid. Valckenaer. Diatr. p. 200.

490. Ἰάλλω. Supra 20.

494. Νεοσσός. Supra 250.

495. Θῆλυν, ἀρσένος τε γόνον. Abreschius confert Iliad. Z. 180. θεῖον γένος οὐδ' ἀνθρώπων.

496. Ἐξαλείφω. *Deleo.* Gloss. in Theb. 15. ed. 2.

498. Κλήδων. *Fama.* εὐφημίαι Schol. vid. Gloss. in Agam. 220. κλήδων σωτήριος dicitur filius, nomen paternum ab oblivione servans, quemadmodum cortices rete submersum indicant. Optime Scholiasta: Φελλοί: ἐκεῖνοι γὰρ ἐπιπλέοντες σημαίνουσι τὴν ἐν βυθῷ σαγήνην· οὕτω καὶ ἡμεῖς ζῶντες σὲ τὸν θανόντα.

499. Φελλός. *Suberis cortex.* Alciphr. I. 1. μικρὸν καὶ τοὺς φελλοὺς ἐδέησε κατασῦραι ὕφαλον τὸ δίκτυον ἑξογκούμενον. ubi Berglerus advocat Sidon. Epist. II. 2. *Piscator retia suberinis corticibus extendit.* Plutarch. de Genio Socratis, ὥσπερ τοὺς τὰ δίκτυα σημαίνοντας ἐν τῇ θαλάσσῃ φελλοὺς ὁρῶμεν ἐπιφερομένους. Anthol. VI. 3. ἀπαγγελτῆρά τε κύρτου Φελλόν. et Epigr. in Anal. II. p. 494. Εὐκόλπον τε λίνοιο περίπλοα κύκλα μολίβδῳ, Καὶ φελλοὺς κύρτων μάρτυρας εἰναλίων. Theætet. ib. p. 514. Καὶ πιστὸν βυθίων παγίδων σημάντορα φελλόν.

500. Κλωστήρ. *Filum nendo deductum.* Pollux VII. 31. κλωστήρ: οὕτω δὲ καὶ τὴν περιστροφὴν τοῦ λίνου Εὐριπίδης ὠνόμασε· Λίνου κλωστῆρα περιφέρει λαβών. Dictum est κλωστὴρ pro eo quod

κλώθεται, sicut κερκὶς interdum ponitur pro subtemine. Hesych. Κλωστήρ: τὸ κεκλωσμένον ῥάμμα. Aristoph. Lys. 567. Ὥσπερ κλωστὴρ ὅτ' ἂν ἡμῖν ᾖ τεταραγμένος, ὧδε λαβοῦσαι, Ἐπενεγκοῦσαι τοῖσιν ἀτράκτοις, τὸ μὲν ἐνταυθί, τὸ δ' ἐκεῖσε. Vid. Wesseling. ad Herodot. V. 12, 12.

505. Κατορθόω. *Erigo.* Sensus rarior: plerumque enim significat *prospero successu utor.* κατορθοῦν δέμας dixit Euripides 1443.

506. Δαίμονος πειράομαι. *Fortunam experior.* Agam. 1652. Κἀκβαλεῖν ἔπη τοιαῦτα, δαίμονος πειρωμένους, quod idem fere valet ac τὴν τύχην δ' ἐρώμεθα ibid. 1643.

507. Ἔξω δρόμου. *Extra curriculum.* Stanleius advocat Eustath. ad Il. E. p. 598, 26. qui citat ex Pausaniæ lexico rhetorico, ἐκτορμεῖν: τὸ τοῦ καθήκοντος δρόμου ἐκβαίνειν, et Pindar. Pyth. XI. 61. ἔξω πλόου. Sic Prom. 908. Ἔξω δὲ δρόμου φέρομαι, λύσσης Πνεύματι μάργῳ. Idem sonat proverbium *extra oleas vagari.*

509. Ἀνήκεστος. *Insanabilis.* Hoc epitheton poetis fuit in deliciis. Homer. Il. O. 217. Ἴστω τοῦθ' ὅτι νῶϊν ἀνήκεστος χόλος ἔσται. Noster in Philocteta ap. Stob. p. 602. Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν Ἰατρός. Confer Sophocl. Œd. T. 98. Phil. 186. El. 888. Aj. 52. (τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς.) Eurip. Med. 285. Hipp. 722. Hesiod. Theog. 612. Archiloch. I. 5. ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν, Ὦ φίλ', ἔπι κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν Φάρμακον. Theognis 76. Μή ποτ' ἀνήκεστον, Κύρνε, λάβῃς ἀνίην. Comicus apud Plutarch. Consol. ad Apollod. p. 192. εἰ δ' ἤνεγκαν ἂν Οὗτος ὁ βίος τι τῶν ἀνηκέστων, ἴσως Αὐτὸς [σεαυτοῦ] σοι γέγονεν εὐνούστερος. Herodot. III. 154. ἑωυτὸν λωβᾶται λώβην ἀνήκεστον. Conf. VI. 12. 14. VIII. 28. Thucyd. I. 132. μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου ἄνευ ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον. Lysias T. I. p. 84. Anger. μηδὲ ἀνηκέστῳ συμφορᾷ περιβάλλετε. Aristot. Poet. 27. μέλλοντα ποιεῖν τι τῶν ἀνηκέστων δι' ἄγνοιαν. Xenoph. Hier. VI. 15. μὴ ἀνήκεστόν τι ποιήσῃ. Œcon. II. 7. μή τι ἀνήκεστον κακὸν πάθῃς.

513. Ἐκχέας. Nominativus pendens. Vid. Gloss. in Agam. 413.

514. Ὧδ' ἔχει λόγος. *Sic vulgo fertur.* vide Gloss. in Theb. 211.

517. * Νυκτίπλαγκτος. *Qui noctu errare facit.* Gloss. in Agam. 11. De πεπαλμένη vide supra 404.

518. Δύσθεος. *Impius.* Æschylo frequens esse notavit Abreschius. Supra 41. 185. Agam. 1580. Suppl. 428.

521. Καρανόω. *Ad fastigium perduco. Perficio.* Schol. Καρανοῦται: κεφαλαιοῦται. Hesych. Καρανούσθω̃: τελειούσθω. Καρανώσει: κορυφώσει. Infra 693.

522. Σπάργανα, τά. *Fasciæ.* Gloss. in Agam. 1596.

523. Δάκος. *Animal morsu nocens.* Gloss. in Prom. 603. ποντίοις δάκεσι. Eurip. Hipp. 642. Ἄφθογγα δ' αὐτοῖς ξυγκατοικίζειν δάκη Θηρῶν.

525. Οὖθαρ. *Uber.* Animalibus proprium: mulierum erat μαστός.

Ibid. Στύξ. *Rigor;* vel quidquid *rig*-orem excitat. Raro occurrit in hoc sensu. Theophrastus de Causs. Plant. V. 20. ab Henrico Stephano citatus, loquens de locorum frigiditate; καὶ αἱ στύγες ἐν τοῖς τοιούτοις γίγνονται τόποις, αἴπερ μάλιστα εἰσδύονται εἰς τὰ σώματα. φυλάξασθαι γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἐν τοῖς στρώμασι κατακείμενον. Aliud exemplum quod adferam non habeo. Vetus verbum erat στύω, *rigeo,* vel *rigescere facio,* unde ἄστυτος, *qui rigescere nequit,* στυμνός, i. e. σκληρός, Hesych. στύλος *columna,* στύφω, *astringo,* &c. στύξ, *id quod rige-re facit,* et facili transitione *id quod odium excitat,* unde στύγος &c. Sed in hoc loco omnino legerim στύγους. Vid. Gloss. ad Theb. 650.

526. Θρόμβος. *Grumus.* Hesych. Θρόμβοι: αἷμα παχύ, πεπηγός, ὡς βοννοί. Frequens ad Hippocratem. Eum. 184. Ἐμοῦσα θρόμβους οὓς ἀφείλκυσας φόνου. Sophocl. Trach. 703. ἐκ δὲ γῆς, ὅθεν Προύκειτ', ἀναζέουσι θρομβώδεις ἀφροί. Conf. Schleusner. Lex. N. T. in voce.

Ibid. **Σπάω.** *Haurio.* Eurip. Cycl. 416. Ἐδέξατ', ἔσπασέν τ' ἄμυστιν ἐλκύσας. Pollux VI. 23. notat ἄκρατον σπάσαι. Eum. 650. Ἀνδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀνασπάσῃ κόνις. H. Stephanus comparat Horatianum, *Pocula Lethæos ut si ducentia somnos Arente fauce traxerim.* Versus est alicubi qui sic incipit, κοινὸν σπάσαντες αἰθέρ'.

527. *Ὄψανον. *Visum.* ὄψις Hesych. Hanc vocem Chæremoni ap. Athen. XIII. p. 608. D. restituere parum feliciter conatus est Jacobsius. Videtur autem formari ab ὄπτομαι, quemadmodum τρώξανον a τρώγω, λείψανον a λείπω, grammaticis non probantibus. Schol. τὸ χ' ὅτι ἀπὸ ὄψεως παρήγαγε τὸ ὄψανον. Ceterum Stanleius ἀνδρὸς de Clytæmnestra intelligit. Schutzius vertit, *victum ei a marito immissum*, quod probat Butlerus. Et sic interpretatur Scholiasta. Sed tum oporteret τἀνδρὸς cum articulo. Est autem sententia generalis, *Hominis somnium non est res vana.*

528. **Πτοάομαι.** *Terreor.* Gloss. in Prom. 881.

530. **Λαμπτήρ.** *Lucerna.* Veteres foculis quibusdam cubicula noctu illustrabant: quem morem illustrarunt Casaubon. ad Athen. p. 995. Lobeck. ad Sophocl. Aj. 283. Vid. Gloss. in Agam. 863. et omnino confer Theocrit. XXIV. 46—52.

531. **Κήδειος.** Supra 81.

532. **Τομαῖος.** *Sectilis.* Supra 162. De locutione τέμνειν ἄκος vid. Gloss. in Agam. 16.

534. **Τελεσφόρος.** Supra 206.

535. **Κρίνω.** *Interpretor.* Pers. 230. 231. ubi vid. Glossarium.

Ibid. * **Συγκόλλως.** *Congruenter.* Suppl. 307. Καὶ ταῦτ' ἔλεξας πάντα συγκόλλως ἐμοί. Eodem fere sensu dicitur ἀρτίκολλος infra 572. Theb. 369. ubi vid. Glossarium.

537. **Ὁπλίζομαι.** *Instruor.* De quovis apparatu dictum, sicut ὅπλα de quibusvis instrumentis.

538. Ἀμφιχάσκω. *Undique inhio.* χάσκω verbum frequentativum formatur a χάω, sicut βάσκω a βάω, φάσκω a φάω. Vid. supra ad 87. Gloss. in Agam. 893. Hesych. Ἀμφιχανόντες: καταπιόντες. Sophocl. Ant. 117. Στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων, φόνι|αισιν ἀμφιχανὼν κύκλῳ | λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα | ἔβα. Apollonides in Anthol. p. 197. Εἶδαρ ὅτ' ἀγκίστρου φόνιον πλάνον ἀμφιχανοῦσα, Ὀξείην ἐρυθρὴ φυκὶς ἔφριξε πάγην.

540. * Ἀμφιτάρβης. *Undique terrens.*

541. Ἔκπαγλος. *Stupendus.* Gloss. in Agam. 835.

542. * Ἐκδρακοντόομαι. *Ex viro in serpentem vertor.* Sic ἐξανδρόομαι. Eurip. Suppl. 705. Λόχος δ', ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένος, Δεινὸς παλαιστὴς ἦν. Sine præpositione ἀνδροῦμαι, γυναικοῦμαι, *vir, mulier fio*, occurrunt apud Hippocratem. Sic ταυροῦμαι, θηριοῦμαι.

543. Τερασκόπος. *Portentorum interpres.* Hesych. Τερασκόποις: ὀνειροκρίταις. Gloss. in Agam. 950.

547. Τάσδε. Hanc vocem ad Chorum refert Scholiasta; minus recte: omnia enim Electram respiciunt, usque ad v. 572. Dein Chorum adloquitur Orestes; et mox Pyladem v. 575.

Ibid. Συνθήκη. *Conventum.* Frequens apud pedestris sermonis scriptores, sensu *pactus* vel *fœderis:* in hoc loco idem significare potest ac σύνθημα, *signum ex compacto datum*, vel *tessera:* vel simpliciter *quod mutuo pacti sumus.*

550. Φημίζω. *Vaticinor.* Gloss. in Agam. 1132.

552. Ἐικώς. *Similis.* Vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 231. Eustath. ad Il. I. p. 759, 1. τὸ δὲ εἰκυῖαν, εἴπερ ἀπὸ τοῦ εἴκω, τὸ πρέπω, γίνεται, οὐκ ἔχεται ἀναλογίας, ὥσπερ οὐδὲ τὸ εἰκός. μάλιστα δὲ ἀνάλογον κοινῶς ἡ οἰκυῖα, καὶ τὸ οἰκός, ὃ κεῖται καὶ παρ' Ἡροδότῳ· ἀφ' ὧν Ἀττικῶς ἡ ἐοικυῖα, καὶ τὸ ἐοικός. εἰ δ' ἴσως ὥσπερ φρίσσω, φρίξω, πέφρικα, καὶ τροπῇ τοῦ δασέος εἰς ψιλόν, πέφριχα, οὕτω καὶ εἴκω, εἴξω, εἶχα, καὶ κατὰ τροπὴν εἶκα. εἴη ἂν οὕτω ἀναλογίας ἐχόμενα καὶ ἡ εἰκυῖα, καὶ τὸ εἰκός.

καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εὔλογα. Ἡρωδιανὸς δὲ προϋποθεὶς ῥῆμα τὸ εἴδω, παράγει ἐξ αὐτοῦ μέσους παρακειμένους, ἐπὶ μὲν τοῦ θεωρῶ καὶ γινώσκω, τὸ οἶδα, ἐπὶ δὲ τοῦ ὁμοίου τὸ οἶκα, ἐξ οὗ τὸ ἔοικα, οὗ ὑπερσυντελικὸς ἐῴκειν κατὰ ἔκτασιν. Infra 657. ἐπεικότα.

Ibid. Παντελής. *Perfectus.* Infra 952. παντελὴς χορός. Suppl. 609. παντελῆ ψηφίσματα.

Ibid. Σάγη. *Armatura.* Gloss. in Theb. 121.

553. Ἕρκειος. *Ad aulam pertinens.* ἕρκος erat aulæ septum: Photius; Ἕρκειος Ζεύς: ᾧ βωμοὶ ἐντὸς ἕρκους ἐν τῇ αὐλῇ ἵδρυνται. τὸν γὰρ περίβολον ἕρκος ἔλεγον. Hæc autem ara in impluvio stabat. Hinc ἕρκειοι πύλαι eædem sunt atque αὔλειαι θύραι. Rem illustravit Schneiderus in Epimetro ad Xenoph. Memor. p. 265.

554. Δορύξενος. *Qui ex hoste factus est hospes.* Gloss. in Agam. 853. Cf. Brunck. ad Sophocl. El. 46. Absurda sunt quæ de hoc nomine tradit Plutarchus in Quæst. Græc. p. 295. C.

555. Ἥσω. *Emittam.* Vid. Gloss. in Theb. 863.

556. Ἀϋτή. *Clamor.* Gloss. in Theb. 380.

557. Φαιδρός. *Hilaris.* Proprie vero, *nitidus.* Confer Agam. 503. 704. 1200.

558. Δαιμονάω. *Malo numine teneor.* Theb. 1003. δαιμονῶντες ἄτᾳ, ubi vide Glossarium. Menander emendatus a Porsono Opusc. p. 250. Πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς δαιμονᾷς, γεγὼς ἔτη Τοσαῦτ'; ὁμοῦ γάρ ἐστιν ἑξήκοντά σοι, quem locum tractans Meineke. p. 54. Porsono tribuit pravam lectionem γεγονώς, et Porsoni correctionem, γεγώς, pro sua proponit. Philemon ap. Stob. Ecl. p. 196. alia forma utitur, Ἄλλος κατ' ἄλλην δαιμονίζεται τύχην.

559. Ἐπεικάζω. *Conjicio.* Supra 12.

561. Ἀπείργω. *Excludo.* Vid. supra 440. Minus recte vertit Stanleius, *quid* a janua *supplicem* arcetis? Sed hoc esse τί τῶν πυλῶν ἀπείργετε; Sensus est, *Cur foribus arcetis?* i. e. *foribus occlusis.*

563. Ἀμείβω. *Supero.* Pers. 68. λινοδέσμῳ | σχεδίᾳ πορθμὸν ἀμείψας | Ἀθαμαντίδος Ἕλλας. Herodot. V. 72. πρὶν ἢ τὰς θύρας αὐτὸν ἀμεῖψαι, ubi vide Wesselingii notata: infra 1005. Homerus dixit Αὐτὰρ ὃ εἴσω ἴεν, καὶ ὑπέρβη λάϊνον οὐδόν, Od. Θ. 80. Multo frequentius est in hoc sensu apud Euripidem.

Ibid. Βαλός. *Limen.* Hesych. Βαλόν: οὐδόν. καὶ οὐρανόν. καὶ βαλός. Idem, Βηλός: οὐδὸς οἴκου, ἀπὸ τοῦ βαίνεσθαι. Eustath. ad Il. A. p. 156, 28. βηλὸς δὲ συνήθως, ὁ τῆς οἰκίας βατήρ, παρὰ τὸ βαίνεσθαι, ὡς καὶ οὐδὸς παρὰ τὸ ὀδεύεσθαι. ὅθεν καὶ τόποι ἀβέβηλοι μέν, οἱ ἱεροὶ καὶ ἄβατοι· βέβηλοι δέ, οἱ βατοὶ καὶ τοῖς τυχοῦσι. Conf. Schol. Venet. ad Il. A. 591.

Ibid. Ἕρκειος. Supra 553.

565. Κατὰ στόμα. *Coram. A fronte.* Incert. Rhes. 410. Θρηκῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα. 492. Τάξον μ' Ἀχιλλέως καὶ στρατοῦ κατὰ στόμα. Idem fere valet κατ' ὀφθαλμούς in proximo versu. Rhes. 422. Καὶ μέμφομαί σοι, καὶ λέγω κατ' ὄμμα σόν. (Angl. *I tell it you to your face.*) Eurip. Or. 282. εἰ κατ' ὄμματα Ἐξιστόρουν νιν, *si coram interrogarem,* Bacch. 469. Πότερα δὲ νύκτωρ σ', ἢ κατ' ὄμμ', ἠνάγκασεν; Conf. El. 915. Hæc contulit Abreschius, qui recte observavit, "κατ' ὀφθαλμοὺς βαλεῖν *in conspectum venire,* βαλεῖν ἀντὶ τοῦ προσβαλεῖν. Sophocl. Trach. 760. Αὐτὸς βαρεῖαν ξυμφορὰν ἐν ὄμμασι Πατρὸς δεδορκὼς καὶ κατὰ γλῶσσαν κλύων."

567. Ποδαπός. *Cujas.* Infra 645. Formatum ab antiquo pronomine πός, et substantivo δάπος, *terra.* Vid. Gloss. ad Theb. 351.

568. Ποδώκης. *Levipes.* Similis catachresis est in Theb. 619. ποδῶκες ὄμμα. Ceterum ποδώκει περιβαλεῖν χαλχεύματι nihil aliud est quam *gladio ferire;* sicut occisus dicitur περιπεσεῖν ξίφει, unde apud Sophoclem περιπετὲς ἔγχος, Aj. 903. ubi vid. Lobeck. Sic apud Homerum ἀμφ' ὀβέλοισιν ἔπειρε.

569. Ὑποσπανίζομαι. *Penuria laboro.* Gloss. in Pers. 495.

570. Ἄκρατος. *Merus.* Sophocl. El. 785. τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ Ψυχῆς ἄκρατον αἷμα.

Ibid. Πίομαι. *Bibam.* Vetus futurum pro πίσομαι, a πίω. Eustath. ad Il. Φ. p. 1253, 6. δηλοῖ δὲ τὴν κοινότητα τοῦ πίω, καὶ ὁ πίσω μέλλων παρὰ Πινδάρῳ—καὶ τὸ πίσομαι παρὰ Ἀντιφάνει, ἀντὶ τοῦ πίω. ὅθεν καὶ ἡ ἐν Πελοποννήσῳ Πίσα, καὶ τὰ Ὁμηρικὰ πίσεα. Aristophanes habet πίεται, prima producta, Eq. 1286. 1398. πιοῦμαι dicebant recentiores: vid. Matthiæ Gr. Gr. §. 247. Phrynichum Ecl. p. 30. ed. Lobeck. Athenæus X. p. 446. D. πίομαι δὲ ἄνευ τοῦ ῡ λεκτέον, ἐκτείνοντας δὲ τὸ ῐ. Eurip. Alc. 810. οὐκ οὖν, τὴν ἄγαν λύπην ἀφείς, Πίῃ μεθ' ἡμῶν—; πιεῖ Wakefieldius, Gaisfordius, Monkius. Rectius scribetur πίει. Primam corripit Theocritus VII. 69. Καὶ πίομαι μαλακῶς, μεμναμένος Ἀγεάνακτος. Exempla hujus correptionis quæ protulit Athenæus, non sunt futuri temporis. Ceterum quod ad imaginem adtinet, comparari potest Agam. 1159. Καὶ μὴν πεπωκώς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον, Βρότειον αἷμα, κῶμος ἐν δόμοις μένει, Δύσπεμπτος ἔξω, ξυγγόνων Ἐρινύων. Eum. 253. Ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ.

Ibid. Τρίτη πόσις. Prima erat Agamemnonis sanguis; secunda Ægisthi; tertia Clytæmnestræ. Sic recte interpretatur Scholiasta. Quoniam vero dicitur ἄκρατον αἷμα, allusio esse videatur ad notum illum τρίτον κρατῆρα; quod notavit Pauwius. Vid. Gloss. in Agam. 237. Hoc autem tertium poculum ἄκρατον erat. Antiphanes Athen. XV. p. 692. E. Μεγάλην Διὸς Σωτῆρος ἄκρατον ῥήτις. Aliter tamen narrat Philochorus ibid. p. 693. E.

572. Ἀρτίκολλος. *Apte congruens.* Supra 535.

573. Εὔφημος. *Silens.* Gloss. in Agam. 1218.

574. Καίριος. *Opportunus.* Stanleius contulit Theb. 615. Φιλεῖ δὲ σιγᾷν, ἢ λέγειν τὰ καίρια. (ubi vide notata) et Prometh. Ignif. Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγων τὰ καίρια. Sic Sophocles Œd. C. 808. Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλά, καὶ τὸ καίρια, quam lectionem veram esse

satis monstrat particulæ τε positio, τό τ' εἰπεῖν, καὶ τὸ εἰπεῖν. Conf. Gloss. in Theb. 1. infra 1050.

575. Ἐποπτεύω. Vide supra v. 1.

576. Ξιφηφόρος. *Ensifer.* De hujusmodi compositis vid. Gloss. in Theb. 415.

578. Ἄγος. *Piaculum.* δειμάτων ἄγη, *animalia abominanda, terrorem incutientia.* Stanleius confert Eurip. Fr. inc. LIII. Δειναὶ μὲν ὀργαὶ κυμάτων θαλασσίων, Δειναὶ δὲ ποταμῶν, καὶ πυρὸς θερμαὶ πνοαί, Δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ' ἀλλὰ μύρια. Ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινόν, ὡς γυνή, κακόν. et Menandrum, Πολλῶν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν θηρίων Ὄντων, μέγιστόν ἐστι θηρίον γυνή. Valckenaerius Diatr. Eurip. p. 147. C. contulit Sophocl. Ant. 349. et D. Jacobi Ep. III. 7. πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων, δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ· τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ἀκατάσχετον κακόν· μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. Simile est apud Eurip. Androm. 269. δεινὸν δ', ἑρπετῶν μὲν ἀγρίων Ἄκη βροτοῖς θεῶν ἐγκαταστῆσαί τινα. Ἃ δ' ἔστ' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω, Οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω Κακῆς.

579. Ἀγκάλη. *Ulna.* Noster fragm. ap. Schol. Aristoph. Ran. 716. Ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. Eurip. Or. 1371. Ὠκεανὸς ὃν | ταυρόκρανος ἀγκάλαις | ἑλίσσων κυκλεῖ χθόνα. Fragm. inc. 1. Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα, Καὶ γῆν περίξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις. Hæc contulit Stanleius, πετραίαν ἀγκάλην ex Prometheo 1055. notavit Abreschius. Confer Wakefield. ad Lucret. I. p. 128.

Ibid. Κνώδαλον. *Bellua.* Gloss. in Prom. 471. Alcman apud Apollon. Lex. Homer. in v. Εὕδουσιν δ' ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάραγγες, | πρώονές τε καὶ χαράδραι· | φῦλά θ' ἑρπετῶν ὅσα | τρέφει μέλαινα γαῖα. | θῆρές τ' ὀρεσκῷοι | καὶ γένος μελισσῶν | καὶ κνώδαλ' ἐν | βένθεσι πορφυρῆς ἁλός. | εὕδουσι δ' οἰωνῶν | φῦλα τανυπτερύγων. In hoc nobili fragmento quædam correxi, et metra distinxi, paullo aliter quam Heynius ad Virg. Æn. VIII. 26. et Welckerus ad Alcmanis fragmenta p. 25. Dorismi adhuc restituendi sunt.

580. Ἀνταῖος. *Adversus.* Gloss. in Pers. 610.

581. Πεδαίχμιος. Æolice pro μεταίχμιος; vid. Gloss. in Theb. 181. Verte *intra cælum et terram,* (Angl. *in mid air.*)

582. Λαμπάς. *Fulgur.* Eurip. Suppl. 1011. δαμασθεὶς λαμπάσιν κεραυνίοις. Vel interpretari possis *sidera.*

Ibid. Πεδάορος. *Suspensus. Sublimis.* Æolice pro μετέωρος: vid. Gloss. in Prom. 277. v. πεδάρσιος. Hesych. Πεδάγρετον: μεταμέλητον. i. e. μεθαίρετον. idem, Πεδαωριστής: ἵππος φρυαγματίας. καὶ μετεωριστής. (ubi scribendum Πεδαορίστης) et mox Πέδουρος: μετέωρος. Alcæus ap. Apollon. Dysc. de Pron. p. 383. C. ἀμμέσιν πεδάορον.

583. * Πεδοβάμων. *Solo incidens.*

584. Αἰγίς. *Procella.* Vox formata ab ἄϊξ, quæ ab ἀΐσσω, vel αἴσσω. Vid. Gloss. in Prom. 83. Hesych. Αἰγίς: ὀξεῖα πνοή.

585. * Ὑπέρτολμος. *Supra modum audax.* Compositum ut ὑπέρκομπος, ὑπέραυχος, ὑπεργήρως, &c. Mox occurrit παντοτόλμως.

589. Σύννομος. *Simul pastus.* Hesych. Σύννομοι: συνήθεις. Vide Monk. ad Eurip. Hipp. 983. Aristoph. Av. 209. Ἄγε, σύννομέ μοι. ubi Schol. ὡς μετέχουσα τοῦ αὐτοῦ βίου καὶ τῆς αὐτῆς νομῆς.

590. Ὁμαυλία. *Contubernium;* ab αὐλή. "Hesych. Ὅμαυλον: ὁμόκοιτον. Oppian. Cyn. II. 319. de perdicibus damisque, Ἠθάλεοί τε πέλουσι καὶ ἀλλήλοισιν ὅμαυλοι, Εὐνάς τ' ἐγγὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀπάνευθε νέμονται. Eodem refer σύναυλος in Sophocl. Aj. 619. θείᾳ μανίᾳ ξύναυλος. Utramque vocem isthac notione prætermisit H. Steph." ABRESCH. Alia est autem ξυναυλία Theb. 839.

Ibid. * Θηλυκρατής. *Feminis imperans.* Minus accurate Stanleius, *mulieribus.*

591. * Ἀπέρωτος ἔρως. *Amor non amandus.* Oxymoron: vid. Gloss. in Agam. 1111.

Ibid. * Παρανικάω. *In malam partem vinco.*

594. Ὑπόπτερος. *Pinnatus. Levis.* Hesych. Ὑπόπτερος: κοῦφος. καὶ ὑπόπτερος ὁ ταχύς. Eurip. Inus fr. XVI. 4. Ὑπόπτερος δ' ὁ πλοῦτος. (Conf. Prov. xxiii. 5.)

Ibid. Δάημι. *Disco.* Hesych. Δαείς: μαθών. Verbum poeticum, Homero frequentatum. Eustath. in Od. Δ. p. 1506, 12. τὸ δὲ ἴδμεναι καὶ τὸ δαῆναι διαφέρει. ἴδμεναι μὲν γάρ, τὸ οἴκοθεν εἰδέναι· δαῆναι δέ, τὸ ἐτέρωθεν. Sophocl. El. 168. ὁ δὲ λάθεται | ὧν τ' ἔπαθ', ὧν τ' ἐδάη, *quæ didicit ex nuntiis.*

595. * Παιδολύμης. *Filium perdens:* idem ac παιδοκτόνος et παιδολέτειρα.

596. Θεστιάς. *Thestii filia.* Althæa scilicet, Thestii et Eurythemidis nata. Apollodorus I. 8. ἐγέννησε δὲ Ἀλθαία παῖδα ἐξ Οἰνέως Μελέαγρον, ὃν ἐξ Ἄρεος γεγενῆσθαι φασί. τούτου δὲ ὄντος ἡμερῶν ἑπτά, παραγενομένας τὰς Μοίρας φασὶν εἰπεῖν, Τότε τελευτήσει Μελέαγρος, ὅταν ὁ καιόμενος ἐπὶ τῆς ἐσχάρας δαλὸς κατακαῇ. τοῦτο ἀκούσασα, τὸν δαλὸν ἀνείλετο Ἀλθαία, καὶ κατέθετο εἰς λάρνακα.— Postea Thestii filii, ægre ferentes apri Calydonii exuvias Atalantæ dari, abstulerunt; ὀργισθεὶς δὲ Μελέαγρος, τοὺς μὲν Θεστίου παῖδας ἀπέκτεινε, τὸ δὲ δέρας ἀπέδωκε τῇ Ἀταλάντῃ. Ἀλθαία δὲ λυπηθεῖσα ἐπὶ τῇ τῶν ἀδελφῶν ἀπωλείᾳ τὸν δαλὸν ἧψε· καὶ ὁ Μελέαγρος ἐξαίφνης ἀπέθανε. Hanc fabulam nescivit Homerus, quod colligi potest ex Il. I. 529. sq. ubi eam νεωτέροις tribuunt grammatici. Meleagrum ab Apolline cæsum tradiderant auctores τῶν Ἠοιῶν et τῆς Μινυάδος, teste Pausania X. 31. qui docet historiam de titione fatali primum in scenam protulisse Phrynichum in Pleuroniis, non quidem a se inventam, προσαψάμενον δὲ αὐτοῦ μόνον ἅτε ἐς ἅπαν ἤδη διαβεβοημένου τὸ Ἑλληνικόν. "Confer Gloss. in Prometh. 376."

Ibid. Μάομαι. *Exquiro.* Supra 40.

597. * Πυρδαής. *Ignem accendens,* vel *igne consumens.*

598. Δάφοινος. *Cruentus.* Gloss. in Prom. 1058.

Ibid. Δαλός. *Titio.* Hemsterhusius ad Lucian. Tim. T. I. p. 100. δαλόν τινα: "Propria vis est, quam origo vocabuli postulat,

τὸν μήσατο a μήδομαι excogitavit. ut inf. v. 978.

titionis ardentis et accensi. Grammatici veteres ad Od. E. 488. διάπυρον ξύλον, et pluribus Hesychius: δαλὸς ἀπὸ τοῦ βωμοῦ Antonin. Liber. c. xviii. *ambustum torrem Chorinceus ab ara Corripit:* Virg. Æn. XII. 298. Δαλὸν Glossæ *titionem* et *torrem* exponunt. *Titionem vulgus appellat extractum foco torrem semiustum, extinctum.*"

Ibid. Ἥλιξ. *Coætaneus.* ἐπεὶ μολὼν κ. τ. λ. *ex eo tempore quo recens natus vagivit, et contemporaneum ei per vitam:* sic recte interpretatur Scholiasta.

Ibid. Ἐπεί. *Ex quo.* Gloss. in Agam. 39.

599. Μητρόθεν. Vid. supra 416.

603. Σκύλλα. Nisi filia; non confundenda cum filia Phorci, de qua vid. Gloss. in Agam. 1203.

607. * Χρυσεόδμητος. *Ex auro fabrefactus.*

Ibid. Ὅρμος. *Monile.* Mœris, Ὅρμος, Ἀττικῶς· περιτραχήλιον, Ἑλληνικῶς. Eurip. El. 175. Οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι, | θυμόν, οὐδ' ἐπὶ χρυσέοις | ὅρμοις ἐκπεπόταμαι. Fabulam aliter narrant Virgilius Cir. 130. Ovid. Met. VIII. 90. a Stanleio laudati. Mortem Scyllæ narrat Pausanias II. 34. Totam hanc fabulam rejiciebant Megarenses, teste eodem I. 39. vid. Heyn. ad Apollodor. p. 345. F. Ursin. ad Virg., Ecl. VI. 74. Scyllæ parricidium cum facinore Clytæmnestræ comparavit Propertius III. xvii. 19. *Quidve Clytæmnestræ, propter quam tota Mycenis Infamis stupro stat Pelopea domus? Tuque o Minoa venumdata, Scylla, figura, Tondens purpurea regna paterna coma.*

610. Νοσφίζω. *Separo.* Supra 432.

Ibid. * Ἀπροβούλως. *Imprudenter.* Agam. 374. προβουλόπαις ἄφερτος Ἄτας. Ex Platone Legg. IX. p. 31. afferunt ἀπροβουλία, *inconsulto.*

611. * Κυνόφρων. *Impudens.* Stanleius confert Iliad. Z. 344. Τὸν δ' Ἑλένη μύθοισι προσηύδα μειλιχίοισι. Δᾶερ ἐμεῖο, κυνὸς

× yet the word is used by Pindar. Ol. 2. 135.

κακομηχάνου, ὀκρυοέσσης. Sic κυνοθρασεῖς Suppl. 766. κυνοθάρσης Εὐνόα Theocrit. XV. 53. ubi vid. Valckenaer. p. 361.

612. Κιγχάνω. *Adsequor.* Hesych. Κιγχάνειν:—λαμβάνειν. Formatum ab aoristo verbi κίχω, (unde etiam κιχάνω). Gloss. in Theb. 44. μιν autem intellige de Niso, τὸν Νῖσον, μὴ τὴν Σκύλλαν, inquit Schol. Simonides XCI. Σῶμα μὲν ἀλλοδαπὴ κεύθει κόνις, ἐν δέ σε πόντῳ, Κλείσθενες, Εὐξείνῳ μοῖρ' ἔκιχεν θανάτου Πλαζόμενον. Tyrtæus, vel Callinus, ap. Stob. p. 197. Πολλάκι δηϊότητα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων Ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν θανάτου. Hoc contulit Valckenaerius ad Eurip. Hippol. 1442. cum Horatiano *Mors et fugacem consequitur virum,* "ubi Simonidea dedit Summus Bentleius emendata, Ὁ δ' αὖ θάνατος ἔκιχε (καὶ) τὸν φυγόμαχον, apud Stobæum enim in istis ἔφικε vulgatur p. 599, 23. cujus loco scripsit ἐφῆκε Muretus V. L. IV. 9." Si hic versus Simonidis est, non est senarius.

Ibid. Ἑρμῆς. Scilicet ὁ πομπαῖος, inquit Valckenaerius l. c. Schol. ὁ θάνατος. Sophocl. Œd. C. 1547. τῇδε γάρ μ' ἄγει Ἑρμῆς ὁ πομπός, ἥ τε νερτέρα θεός.

614. * Γαμήλευμα. *Nuptiarum contractio.*

615. Ἀπεύχετος. *Deprecandus.* Supra 149.

616. * Γυναικόβουλος. *Consilia muliebria ineuns.* ἀνδρόβουλος Agam. 10.

618. Ἐπίκοτος. *Infensus.* Gloss. in Theb. 786.

619. Ἀθέρμαντος. *Non calefactus,* i. e. *inaudax.* ἀθράσυντος Schol. Confer Gloss. in Theb. 599.

620. Αἰχμή. *Vis. Virtus.* Agam. 467. Γυναικὸς αἰχμᾷ πρέπει, πρὸ τοῦ φανέν|τος χάριν ξυναινέσαι. ubi vide notata.

621. Πρεσβεύομαι. *Primo in loco ponor.* Supra 481.

622. Κατάπτυστος. *Abominandus.* Eum. 68. αἱ κατάπτυστοι κόραι. Eurip. Tro. 1031. ὦ κατάπτυστον κάρα. Aliquid fortius significat quam ἐξουθενητός, quæ est Hesychii glossa. Suidas, Κα-

τάπτυστον: εὐτελές, μισητόν. Idem fere valet atque ἀπόπτυστος, Eumen. 191. Vid. supra 191.

623. Εἰκάζω. *Assimulo.* Eumen. 49. Οὐδ' αὖτε Γοργείοισιν εἰκάσω τύποις.

625. Θεοστύγητος. *Diis invisus.* Hesych. Θεοστυγεῖς: μισούμενοι ὑπὸ θεοῦ. (ex Rom. i. 30.) θεοστυγὴς Ἑλένη Eurip. Tro. 1213.

628. Ἀγείρω. *Coacervo.* συνάξας κατηγορῶ Schol.

630. Διανταῖος. *Penitus perforans.* Supra 178. διανταίαν, subaudi πληγήν, nota ellipsis.

Ibid. * Ὀξυπευκής. *Acutus et Amarus.* Hesych. Ὀξυπευκές: ὀξύπικρον. Vid. supra 381. v. πευκήεις.

632. Λὰξ πατέω. *Conculco.* Agam. 1327. οἱ δέ, τῆς μελλοῦς κλέος Πέδον πατοῦντες, οὐ καθεύδουσιν χερί, pro κατὰ πέδον. Eumen. 110. Καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα. 536. Ἐς τὸ πᾶν δέ τοι λέγω, | βωμὸν αἰδέσαι Δίκας· | μηδέ νιν, | κέρδος ἰδών, ἀθέῳ ποδὶ λὰξ ἀτίσῃς, ubi codex L. πατήσῃς. Sophocl. Ant. 1287. οἴμοι, λαξπάτητον ἀντρέπων χαράν. Comici dicebant una voce λακπατεῖν. Photius; Λακπατεῖν; Φερεκράτης Πετάλῃ· Παίειν με, τύπτειν, λακπατεῖν, ὠθεῖν, δάκνειν.

634. * Θεμίστως. *Secundum legem.* Vid. Gloss. Theb. 691.

635. Πυθμήν. *Fundus.* Supra 198. Intellige *aræ fundamenta.* Agam. 374. ἀνδρὶ | λακτίσαντι μέγαν Δίκας βωμόν. Eumen. 536. citatus ad 632.

636. * Προχαλκεύω. *Procudo.* Sophocl. Aj. 1023. Ἆρ' οὐκ Ἐρινὺς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος, Κἀκεῖνον Ἅιδης, δημιουργὸς ἄγριος; Horat. C. IV. xv. 19. *Non Ira, quæ procudit enses, Et miseras inimicat urbes.*

Ibid. * Φασγανουργός. *Enses fabricans.*

637. Τέκνον. Recte Schol. τίκτει ὁ φόνος ἄλλον φόνον. Vid. Agam. 729. et Glossarium.

638. Παλαίτερος. De hoc comparativo vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 126.

640. * Βυσσόφρων. *Alta mente consilia agitans.* κάτωθεν ἐκ σπλάγχνων βουλευομένη, καὶ ἐκ βυθοῦ φρενῶν. Hesych. Idem fere ac βαθύβουλος, vèl βαθύμητις. Compositum a βυσσός, i. e. βυθός, (Homer. Il. Ω. 80. Ἡ δὲ, μολυβδαίνῃ ἰκέλη, ἐς βυσσὸν ὄρουσεν, unde ἄβυσσος.) Od. Δ. 676. ἄπυστος Μύθων, οὓς μνηστῆρες ἐνὶ φρεσὶ βυσσοδόμευον, quod Schol. interpretatur, κρυφίως συνεβουλεύοντο. Eratosthenes ap. Athen. II. p. 36. F. Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρας Ἔλθῃ· κυμαίνει δ', οἷα Λίβυσσαν ἄλα Βορῆος ἠὲ νότοιο· τὰ δέ τοι κεκρυμμένα φαίνει Βυσσόθεν· ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

641. Ἕρκειος. Supra 553.

643. * Ἐκπέραμα. *Exitus,* ostiarii scilicet.

645. Εἶεν. *Age. Recte.* (Angl. *Well!*) Etymol. M. p. 296, 47. Εἶεν: ἄγε δή. συγκατάθεσις μὲν τῶν εἰρημένων, συναφὴ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα. γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ εἶα, τοῦ παρακειμένου, ἐπίῤῥημα εἶεν, ἀντὶ τοῦ, ταῦτα μὲν δὴ οὕτως, ἔστι γὰρ ἐπίῤῥημα ἀφοριστικόν· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἤδη εἰρημένοις ἐπιλεγόμενον, ἀφορίζει αὐτά· τὸ δὲ αὐτὸ καλεῖται ἀπόθεσις λόγου. Confer Timæi Lex. p. 94. Lexicon ap. Bekker. p. 243, 24. Et verum quidem videtur, εἶεν esse tertiam personam ab εἶα, non pro εἶησαν ab εἴην, dicebant quippe Græci ταῦτα ἂν εἴη, non εἶησαν. Vid. Hermann. ad Viger. p. 736. et ad Sophocl. Aj. 101. Exempla hujus vocis quærens, adeat Sophocl. Œd. C. 1308. El. 531. Eurip. Hec. 317. Or. 764. Med. 387. Phœn. 1631. Alc. 299. Suppl. 773. 1094. Iph. A. 1165. Iph. T. 342. 467. Tro. 945. 998. Hel. 767. Ion. 275. 756. Herc. F. 1214. El. 596. 618. 907. 959. Platon. Crit. 12. Phæd. 64. Apolog. p. 43. Heniochum ap. Stob. XLIII. p. 168. Grot.

Ibid. Ποδαπός. Supra 567.

648. Ταχύνω. *Festino.* Pers. 698. τάχυνε δ', ὡς ἄμεμπτος ὦ χρόνου. Sophocl. Œd. C. 219. μακρὰ μέλλετον, ἀλλὰ τάχυνε. ubi vid. Elmsleium.

649. Ἔμπορος. *Viator.* Vid. supra 202. Bene notavit Stanleius, Homerum hanc vocem non pro mercatore, ut posteri Græci, sed pro vectore simpliciter ponere, quo sensu ab Æschylo usurpatur.

650. Πάνδοκος. *Omnes recipiens.* δόμοι πάνδοκοι ξένων, *domus hospites promiscue recipiens,* i. e. *diversorium,* πανδοχεῖον. Hesych. Πανδόκιον: πανδοχεῖον. Πάνδοξ: ὁ ἐν πανδοχείῳ οἰκῶν. (*An Innkeeper.*) Thomas M. p. 676. Πανδοκεύς, πανδοκεύτρια, διὰ τοῦ κ, καὶ οὐ διὰ τοῦ χ. Ita fere Phrynichus p. 307. ed. Lobeck. Conf. Gloss. in Theb. 858.

651. Τελεσφόρος. *Perficiens. Mater familias* vertit Abreschius, laudato Hesychio, Τελεσφόρος οἶκος: τοῦ γεγαμηκότος καὶ τεκνώσαντος. Contra δόμος ἡμιτελὴς erat, quum vel pater vel mater familias diem obiisset: Homer. Il. B. 700. Τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλάκη ἐλέλειπτο, Καὶ δόμος ἡμιτελής· ubi Eustath. τέλος ὁ γάμος, ὅθεν τελείους τοὺς γεγαμηκότας ἔλεγον. Rem illustravit Ruhnkenius ad Timæi Lex. p. 225. Potest tamen τελεσφόρος in hoc loco nihil aliud significare quam *illa quam penes est jus perficiendi.* Schol. τελεσφόρος: ἀρχηγός, διοικητής. Vid. supra 534.

653. Ἐπάργεμος. *Caligine obductus.* Agam. 1082. Ἐπαργέμοισι θεσφάτοις ἀμηχανῶ. Vid. Gloss. in Prom. 508. Pudor autem vetabat sermones cum alius mariti uxore conserere. Eurip. Iph. A. 835. Αἰσχρὸν δέ μοι γυναιξὶ συμβάλλειν λόγους.

657. Ἐπεικώς. *Conveniens.* (Ang. *suitable.*) Attice pro ἐπεοικώς, ab Homerico ἐπέοικε, *decet.* Vid. supra ad 552.

658. Θερμά λουτρά. Andromache in Iliade X. 442. Κέκλετο δ' ἀμφιπόλοισιν ἐϋπλοκάμοις κατὰ δῶμα Ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι τρίποδα μέγαν, ὄφρα πέλοιτο Ἕκτορι θερμὰ λοετρὰ μάχης ἐκνοστήσαντι. Frequens θερμολουσία luxuriosa putabatur: vid. Od. Θ. 247. ubi plura Eustathius. Hermippus apud Athen. I. p. 18. C. Μὰ τὸν Δί', οὐ μέν τοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ Τὸν ἀγαθόν, οὐδὲ θερμολουτεῖν· ἃ σὺ ποιεῖς.

660. * Βούλιος. *Ad consilium pertinens.* i. q. βουλευτικός. Recte Schol. εἰ οὐ διὰ ξενίαν ἥκετε, ἀλλὰ δι' ἄλλο τι.

663. Αὐτόφορτος. *Ipse sarcinam portans:* non curru vectus. Hesych. Αὐτόφορτοι: αὐτοδιάκονοι. κυρίως δέ, οἱ ἐν τοῖς ἰδίοις πλοίοις. Σοφοκλῆς Θυέστῃ Σικυωνίῳ. ὁ δὲ Κρατῖνος ἐν Χείρωνι, τοὺς τὰ κοινὰ φορτιζομένους ἔφη. Navis oneraria erat φόρτις, onus vel sarcina ejus φόρτος, unde μυριόφορτος ναῦς. Ceterum αὐτόφορτος valet *ipse cum sarcina*, sicut αὐτόκωπον ξίφος *ensis cum manubrio*, supra 157. Sic αὐτόπρεμνος, αὐτόῤῥιζος, et similia.

Ibid. Σαγή. Supra 552. "Cur in re tam humili ad minutias iret Poeta, causa petenda est ex v. 552. ubi narrat Orestes, se, ut melius lateret, vestem sumturum, crassiorem puta et viliorem, qualis erat viatorum, quam indutus, coram Ægistho et Clytæmnestra re sisteret. Quod ad scenicum igitur apparatum attinet, cogitandum est, Orestem ac Pyladem, dum canticum illud a choro caneretur, e scena exisse, ut vesta mutarent, vel saltem pallio isto obtegerent, et novam personam inducerent." BUTLERUS. Sed cur non Orestem ac Pyladem, sic vestitos ex initio fabulæ prodiisse credamus?

664. Ἀποζεύγνυμι. *Sejungo.* δεῦρ' ἀπεζύγην, *huc proficisci cœperam.* Pessime Schol. τῆς ὁδοῦ ἢ τῆς ὁδοιπορίας ἀπέλυσα. Eurip. Hippol. 548. πῶλον—οἴκων ξεύξασ' ἀπ' εἰρεσίᾳ. Dubito an constructio sit ἀπεζύγην πόδας, *pedes amoveram*, quod putat Butlerus, an ἀπεζύγην κατὰ πόδας, *abscesseram pede*, uti vertit Pauwius.

666. Σαφηνίζω. *Dilucidum reddo.* Gloss. in Prom. 235. Recte Schutzius, ἐξιστορήσας ὁδόν, *sciscitatus quo tenderem*, καὶ σαφηνίσας ὁδόν, *viam quum monstrasset.*

667. Στρόφιος. "Apud Sophoclis Electram 46. ipse Strophius nuntii personam induit, refertque quod ipsum miserat Phanoteus Phocensis, μέγιστος αὐτοῖς δορυξένων. Noster Agam. 853. Τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δορύξενος, Στρόφιος ὁ Φωκεύς. Strophius etiam nominabatur Pyladis pater, qui eum ædibus ejecit, pollutum esse dicens, quod una cum Oreste patrasset cædem Clytæmnestræ. Eurip. Or. 763." STANLEIUS.

668. Ἄλλως. *Aliter. Alia de caussa.*

Ibid. Κίω. *Vado.* Vox Homerica, nec Sophocli neque Euripidi usurpatum. Pers. 1069. *αἰακτὸς εἰς δόμους κίε.* Suppl. 500. *τεταγμένος κίω.* Hinc derivatum est *κινέω.*

669. Πανδίκως. *Omnino.* Theb. 667. *πανδίκως ψευδώνυμος.* Eum. 802. *πανδίκως ὑπίσχομαι.* Suppl. 414. *καὶ γενοῦ | πανδίκως εὐσεβὴς πρόξενος.* Sensu exactiore supra 235. *ἡ δὲ πανδίκως ἐχθαίρεται.*

670. Τεθνεῶτ' Ὀρέστην εἰπέ. De hac constructione vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 410. b. Obs. 1.

672. Μέτοικος. *Qui in aliena civitate degit.* Gloss. in Agam. 57. Pulcre dixit Æschylus *πεδοίκου χελιδόνος* in Τρόφοις.

Ibid. Εἰς τὸ πᾶν. *Omnino.* Locutio frequens apud Æschylum. Infra 926. *Ἔλακε δ' εἰς τὸ πᾶν.* Eum. 52. *εἰς τὸ πᾶν βδελύκτροποι.* 200. *Ἀλλ' εἰς τὸ πᾶν ἔπραξας, ὡς παναίτιος.* Agam. 664. *εἰς τὸ πᾶν ἐτητύμως.* 83. *Ὥστ' εἰς τὸ πᾶν σε τῶνδ' ἀπαλλάξαι πόνων.* 536. *Εἰς τὸ πᾶν δέ σοι λέγω | βωμὸν αἰδέσαι Δίκας.* 889. *Εἶναι δικαίως εἰς τὸ πᾶν τιμωμένη.* Eurip. Heracl. 576. *εἰς τὸ πᾶν σοφούς.* Sic *ἐς τὰ μέγιστα, quam maxime,* Herodot. VIII. 144.

673. Ἐφετμή. Supra 294.

674. Λέβης. *Urna.* Ad cineres servandos. Agam. 430. *ἀντήνορος σποδοῦ γεμίζων λέβητας εὐθέτους,* ubi vid. Glossarium. Soph. El. 756. *Καί νιν πυρᾷ κέαντες εὐθύς, ἐν βραχεῖ Χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ Φέρουσιν ἄνδρες Φωκέων τεταγμένοι, Ὅπως πατρῴας τύμβον ἐκλάχῃ χθονός.*

Ibid. Πλεύρωμα. *Latus.* Eadem urna dicitur *τύπωμα χαλκόπλευρον* apud Sophocl. El. 54. notante Stanleio. Theb. 887. *ὁμοσπλάγχνων πλευρωμάτων.* ubi vid. Glossarium.

677. Προσήκων. *Affinis.* Supra 167.

679. Κατ' ἄκρας. *A culmine.* Hesych. *Κατάκρας ἐλεῖν: τὸ ἐξ ἐφόδου καὶ τὸ αἰφνίδιον.* Subaudi *κεφαλῆς,* nisi *ἄκρας* substantive capias, cum Wassio Addend. ad Thucyd. p. 303, 86. Abreschius

confert Sophocl. Ant. 206. ἠθέλησε μὲν πυρὶ Πρῆσαι κατ' ἄκρας. Schaefer. ad Bosii Ellips. p. 137. citat Eurip. Phœn. 1192. κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν, ubi Valckenaerius (1183.) adlegat Thucyd. IV. 112. Βρασίδας ἄνω καὶ ἐπὶ τὰ μετεωρὰ τῆς πόλεως ἐτράπετο, βουλόμενος κατ' ἄκρας καὶ βεβαίως ἑλεῖν τὴν πόλιν, et Homer. Il. O. 557. κατ' ἄκρης Ϝίλιον αἰπεινὴν ἑλέειν, item Herodot. VI. 20. αἱρέουσι κατ' ἄκρης. Adjice Il. X. 410. Eurip. Hippol. 1383. (ed. Ald.) Iph. A. 778. Hel. 697. Sophocl. Œd. C. 1242. Virgil. Æn. II. 290. *ruit alto a culmina Troja;* ubi vid. Heyne. et ad 603.

680. Δυσπάλαιστος. *Ineluctabilis.* ἀκαταγώνιστος, Hesych. Suppl. 477. δυσπάλαιστα πράγματα. Eurip. Alc. 406. τύχα δυσπάλαιστος ἥκει.

681. * Ἐπωπάω. *Inspicio.* Hesych. Ἐπωπᾷ: ἐφορᾷ, ἐποπτεύει. Eum. 275. δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί. 969. ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ' ἐπωπᾷς. Constructio est ἐπωπᾷς πολλὰ καὶ ἐκποδὼν εὖ κείμενα. (vid. notata ad 578.) non, quod Pauwius voluit, ἐπωπᾷς, πολλά, καὶ—ἀποψιλοῖς. Dicitur Ἄρα collineare sagittas vel in ea, quæ seorsum in tuto posita videantur.

Ibid. Ἐκποδὼν κείμενα. *Seposita.* Vid. Gloss. in Prom. 352.

682. Εὔσκοπος. *Recte collineans.* " τόξα πρόσωθεν εὔσκοπα sunt sagittæ eminus scopum ferientes. Vid. Polluc. IX. 107. et Hesych. Contrarium ἄσκοπος in Lucian. Tox. p. 109. ἄσκοπα τετοξεύκαμεν. ABRESCH. Conf. Gloss. ad Agam. 611. Sophocl. Ant. 1033.

Ibid. Χειρόομαι. *Manu conficio.* (χειρόω est proprie manibus tracto. Theb. 313. κεχειρωμένας ἄγεσθαι.) Hesych. Χειρώσασθαι: ὑποτάξαι, φονεῦσαι. Eurip. Herc. F. 569. Καδμείων δ' ὅσους Κακοὺς ἐφεῦρον, εὖ παθόντας ἐξ ἐμοῦ, Τῷ καλλινίκῳ τῷδ' ὅπλῳ χειρώσομαι, et alibi sæpius.

683. Ἀποψιλόω. *Denudo.* ψιλὸν (Angl. *bare*) dicitur, proprio tegmine denudatum est; ceu terra arboribus, miles

armatura, caput cæsarie, oratio metro. Vid. Sturzii Lexic. Xenoph. IV. p. 587. Hinc ψιλοῦν, *deglabrare*. Herodot. II. 151. ψιλώσαντας τὰ πλεῖστα τῆς δυνάμεος, *postquam abstulissent ei maximam potestatis partem*. Cum genitivo Xenoph. Anab. I. 10. 13. ἐψιλοῦτο ὁ λόφος τῶν ἱππέων.

684. Εὐβόλως ἔχων. *Prospero jactu usus*. Pollux IX. 94. ἐν μέντοι γε τοῖς κύβοις τὸ δυσκυβεῖν, καὶ εὐκυβεῖν, ὀνομάζεται· καί που καὶ τὸ δύσβολον, καὶ τὸ εὔβολον εἶναι. Aristæn. I. 23. ἐμὲ γὰρ κατανάλωσαν ἄπληστοι ἑταῖρα, καὶ πεσσοὶ πίπτοντες ἀτυχῶς μὲν ἐμοί, εὐβολώτερον δὲ τοῖς ἐναντίοις. Ita Salmasius pro εὐβουλότερον, probante Hemsterhusio ad Pollucis locum, unde confirmatur in hoc versu Porsoni correctio. Ejusdem confusionis exempla dedit Boissonadus ad Aristæn. p. 539.

685. Πηλός. *Lutum*. Schol. παροιμία, ἔξω πηλοῦ πόδα ἔχειν. De hoc proverbio dixi ad Prom. 271.

686. Βακχεία. *Furor bacchantium*. Sæpius apud Euripidem in Bacchis.

687. Παρ' οὐδέν. *Nihili*. Gloss. in Agam. 221. v. παρ' οὐδὲν τίθημι. Vide notata.

689. Κεδνός. *Faustus*. Gloss. in Theb. 62. Agam. 605. Πῶς δῆτ' ἂν εἰπὼν κεδνὰ τἀληθῆ τύχοις;

692. Πρὸς δυσσεβείας ἦν ἐμοί. *Impium duxi*. Sophocl. Aj. 319. Πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους Τοιούσδ' ἀεί ποτ' ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν. Vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 590. Herodot. VII. 153. τὰ τοιαῦτα γὰρ ἔργα οὐ πρὸς τοῦ ἅπαντος ἀνδρὸς νενόμικα γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸς ψυχῆς τε ἀγαθῆς καὶ ῥώμης ἀνδρηίης. ubi vid. Valckenaer. Ita fere V. 12. 15. Confer Gloss. in Agam. 575.

693. Καρανόω. Supra 521.

694. Καταινέω. *Promitto*. Abreschius confert Sophocl. Œd. C. 1704. Καταίνεσον μή ποτε προδώσειν τάσδ' ἐκών. et Agam. 1179. Ξυναινέσασα Λοξίαν ἐψευσάμην. Photius et Hesychius, Καταινέσαι: ξυγκαταθέσθαι. Vid. Gloss. in Agam. 97.

698. Ἡμερεύω. *Per diem aliquid facio.* Antiatticista ap. Villoison. Anecd. Gr. T. II. p. 80. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, πᾶσαν τὴν νύκτα περί τι ἀναλίσκει, διανυκτερεύει περί τι λέγουσι, καὶ διαγρυπνεῖ· οὕτω καὶ διημερεύειν, ἀντὶ τοῦ πᾶσαν τὴν ἡμέραν περί τι ἀναλίσκειν. Pollux I. 64. τὸ δι' ὅλης τι πρᾶξαι ἡμέρας, ἡμερεῦσαι, καί διημερεῦσαι. οἷον ἐπὶ τῶν βαναυσῶν ὁ Πλάτων εἴρηκε, Πρὸς πῦρ ἡμερεύοντας. Similiter Xenophon Œc. IV. 2. vid. Sturzii Lex. Sophocl. El. 786. νῦν ἔκηλά που, Τῶν τῆσδ' ἀπειλῶν οὕνεχ' ἡμερεύσομεν. Satis bene margo libri Mitfordiani, "*qui ont fait leur journée.*" Notabilis est constructio ἡμερευόντας κελεύθου.

699. Πρόσφορος. *Aptus.* Hesych. Πρόσφορον: ἐπιτήδειον, ἁρμόζον, οἰκεῖον, ἀκόλουθον. Eum. 207. Οὐ γὰρ δόμοισι τοῖσδε πρόσφορον μολεῖν. Sophocl. Œd. C. 1774. πρόσφορα pro τὰ ξυμφέροντα. Comparari potest Eurip. El. 360. Χωρεῖτ' ἐς οἴκους· ἀντὶ γὰρ χρηστῶν λόγων Ξενίων κυρήσεθ', οἳ' ἐμὸς κεύθει δόμος.

700. Ἀνδρών. *Virorum conclave.* Gloss. in Agam. 235.

701. Ὀπισθόπος. *Pedissequa,* pro ὀπισθόπους, sicut ἀελλόπος, Οἰδίπος, πουλύπος, pro ἀελλόπους, Οἰδίπους, πολύπους.

703. Αἰνέω. *Præcipio.* Suppl. 186. Καὶ τἀπὶ χέρσου τῶν προμήθειαν λαβεῖν Αἰνῶ.

Ibid. Ὑπεύθυνος. *Rationi reddendæ obnoxius.* Gloss. in Prom. 332.

705. Σπανίζω. *Indigeo.* Supra 569.

710. Ἀκτή. *Ora,* tumuli scilicet, τοῦ τάφου Schol. In Sophocl. Œd. T. 193. ἀκτὰν παρὰ βώμιον recte vertit Erfurdtius, *ad ararum gradus,* hunc locum citans.

711. Χῶμα. Gloss. in Theb. 947.

714. Ἀκμάζει. *Tempus est.* (Angl. *It is high time.*) Gloss. in Theb. 94.

715. Ἑρμῆς χθόνιος. Supra 1.

716. Νύχιος. *Occultus:* vide notata.

Ibid. Ἐφοδεύω. *In viam dirigo.* In Suppl. 622. Ζεὺς δ' ἐφορεύοι ξένιος ξενίου Στόματος τιμὰς ἐπ' ἀληθείας Τέρμον' ἀμέμπτως πρὸς ἅπαντα, Musgravius leget ἐφοδεύοι, sicut et in Eum. 529. Ἄλλᾳ δ' ἄλλ' ἐφοδεύει, pro ἐφορεύει.

717. * Ξιφοδήλητος. *Ense perdens.* Agam. 1506. ξιφοδηλήτῳ Θανάτῳ τίσας ἅπερ ἦρξεν.

719. Κεκλαυμένος. Supra 450.

720. Ποῖ. *Quo tendens?* ut in 521. Καὶ ποῖ τελευτᾷ καὶ καρανοῦται λόγος; Mox πύλαι sunt πυλῶν ἔξοδοι, quod monuit Abreschius.

721. Ἄμισθος. *Pretium non solvens.* Plerumque significat, *stipem non accipiens.* ἄμισθος ξυνέμπορος est *vector, qui naulam non solvit.* Vid. supra 202. Schol. ἄμισθος: κακόμισθος· δάκρυα γὰρ προξενεῖ.

724. * Νεάγγελτος. *Recens nuntiatus.*

726. Σκυθρωπός. *Torvus.* Hesych. Σκυθρός: στυγνὸς τὰς ὄψεις. Photius, Σκυθρός: αὐθέκαστος, αὐστηρός. Μένανδρος· Ἐγὼ δ' ἀγροῖκος, ἐργάτης, σκυθρός, πικρός, Φειδωλός. Nostri loco similis est Eurip. Or. 1312. Κἀγὼ σκυθρωποὺς ὀμμάτων ἔξω κόρας, Ὡς δῆθεν οὐκ εἰδυῖα τἀξειργασμένα. (Quocum Abreschius contulit Sophocl. El. 808. Ἆρ' ὄμιν ὡς ἀλγοῦσα κἀδυνωμένη Δεινῶς δακρῦσαι κἀπικωκῦσαι δοκεῖ Τὸν υἱὸν ἡ δύστηνος ὧδ' ὀλωλότα; Ἀλλ' ἐγγελῶσα φροῦδος. Vox sæpius occurrit apud Euripidem. Aristoph. Lys. 7. Τί ξυντετάραξαι; μὴ σκυθρώπαζ', ὦ τέκνον. Ab antiqua radice σκύω, formata sunt σκύζω, σκύλλω, σκύθω, σκυθρός. Vid. Valckenaer. Schol. in Ev. Luc. T. I. p. 277.

729. Τορῶς. *Perspicue.* Gloss. in Prom. 623.

732. Συγκεκραμένος. *Commixtus.* Sophocl. Ant. 1311. δειλαία δὲ συγκέκραμαι δύᾳ, ubi Musgravius (1317.) confert Aj. 905. οἴκτῳ συγκεκραμένην, Pindar. Ol. X. fin. ὥρᾳ τε κεκραμένον. Aristoph. Plut. 854. πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι. Paullo aliter Plato Phæd. 2.

καί τις ἀήθης κρᾶσις ἀπό τε τῆς ἡδονῆς συγκεκραμένη ὁμοῦ καὶ τῆς λύπης. Idem exprimit σύγχυσις Eurip. Andr. 960.

736. Τλημόνως. *Patienter.* Eurip. Suppl. 947. μένειν χρὴ τλημόνως.

Ibid. Ἀντλέω. *Haurio.* Gloss. in Prom. 383.

737. Τριβή. *Attritus. Cura.* Infra 930. Supra 229. Ὦ φίλτατον μέλημα δώμασιν πατρός. De *re* pro *persona* posita, vid. Valckenaer. ad Eurip. Phœn. 1498. et nos ad Sapphonis fr. LXXXII. in Mus. Crit. Cant. T. I. p. 29. quod cum hoc loco contulit Stanleius.

738. * Νυκτίπλαγκτος. Supra 517.

Ibid. Ὄρθιος. *Ad excitandum aptus.* Gloss. in Pers. 395.

741. Βοτόν. *Pecus.* A βόω *pasco.* Hunc locum ita reddidit Grotius;—*ætas prima, ceu brutum pecus, Ut educetur, mentis alienæ indiget.* Cum v. 740. Hermannus contulit Iliad. I. 490. Πολλάκι μοι κατέδευσας ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνα Οἴνου, ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ. Ὡς ἐπί σοι μάλα πόλλ' ἔπαθον, καὶ πόλλ' ἐμόγησα. Comparandus etiam Sophocles, seu potius, ut opinor, Æschylus, in Niobe, Λεπτοσπαθήτων χλανιδίων ἐρειπίοις Θάλπουσα καὶ ψύχουσα, καὶ πόνῳ πόνον Ἐκ νυκτὸς ἀλλάσσουσα τὸν καθ' ἡμέραν. Verba sunt nutricis.

742. Τρόπῳ φρενός. *Non alio modo, quam conjectura.*

743. Σπάργανα. Supra 522.

744. Διψάω. *Sitio.* Attici dicebant cum Doricis διψῆν, πεινῆν, pro διψᾶν, πεινᾶν, vid. Aristoph. Nub. 440. Phrynich. Ecl. p. 61. Sed dubito an idem fecerint in indicativo. Lex. ap. Bekker. p. 135, 22. Διψῶ: γενικῆ. Δημοσθένης ὁ μικρὸς ἐν τῇ σιωπῇ Σωκράτους· καὶ διψᾷ τοῦ κωνείου. Lobeckius ad Phrynichum citavit διψᾷ ex Æschin. Dial. III. 38.

Ibid. * Λιψουρία. *Micturitio.* a λίπτειν, i. e. ἐπιθυμεῖν, et οὖρον. Sic interpretantur.

745. Αὐταρκής. *Ipse sibi sufficiens.* Heathius vertit, *tenera vero infantium alvus sibi sufficit,* id est, nullius opem aut clamat, aut

exspectat, Schutzius legit *νέα δ' οὐ νηδὺς αὐταρκὴς—sibi ipsi, sine aliena ope consulere non potest.* Equidem pene suspicor legendum *αὐτάρχης*. Mox *οὖσα, ψευσθεῖσα,* nominativi sunt pendentes.

747. * Φαιδρυντρία. *Lotrix.* a *φαιδρύνω*. Agam. 1078. *Λουτροῖσι φαιδρύνασα.* Callim. H. Jov. 32. *τόθι χρόα φαιδρύνασα,* Ὦ ἵνα, *τεὸν σπείρωσε.* Idem valebat *πλυντρίς*, a Polluce memoratum VII. 40. vel *πλύντρια.* Sophoclis fabula erat *Ναυσικάα, ἢ Πλύντριαι.* De femininis in *τρια* desinentibus vid. supra ad 418. Ceterum facete dixit Diphilus ap. Harpocr. v. *Δευσοποιός*—*Ἀγαθὸς βαφεὺς ἔνεστιν ἐν τῷ παιδίῳ· Ταυτὶ γὰρ ἡμῖν δευσοποιὰ παντελῶς Τὰ σπάργαν' ἀποδέδειχε νῦν.*

748. Γναφεύς. *Fullo.* De vera hujus vocis scriptura dixi in Glossario ad Theb. 582. Append. ed. 2. Dobræus ad Aristoph. Plut. 166. *κναφεύς*, et similia, per *κ*, ubique apud Atticos scribenda censet; aliam vero formam, per *γ*, librariis relinquendam. Utraque forma, et *γνάω* et *κνάω*, apud antiquissimos Græcos exstitisse videtur; nam vix dubitari potest quin *γνάθος* et *γναθμὸς* a *γνάω* sint formata. Alcæus dixit *γνάφαλλον* quod recentiores *κνέφαλλον*. Contra vero idem in fr. XLIV. *Μὴ μέγαν περὶ κνάφον περιστείχει ἕνα κύκλον.* (ubi Etymol. Gud. p. 330, 19. habet *παραστίχειν.*) Analogia verborum *κνῆμι, κναίω, κνήθω* &c. certe ducit ad scripturam per *κ*. *γναφεὺς* scribit Dorio de Piscibus ap. Athen. VII. p. 297. C.

Ibid. Τροφεύς. *Qui nutrit.* Notior forma erat *τρόφος*. Eurip. Phœn. 45. *Πολύβῳ τροφεῖ δίδωσιν.* El. 16. *Τὸν μὲν πατρὸς γεραιὸς ἐκκλέπτει τροφεύς.* Sophocl. Aj. 863. Phil. 344.

Ibid. Τέλος. *Ministerium.* Gloss. in Agam. 881.

749. Χειρωναξία. *Ars vulgaris.* Gloss. in Prom. 45.

752. Λυμαντήριος. *Qui injuria afficit.* Gloss. in Agam. 1413.

754. Ἐσταλμένος. *Instructus.* Gloss. in Pers. 615. A *στέλλω instruo,* veniunt *στόλος* et *στολμός, ornatus.* Supra 27.

756. Λοχίτης. *Miles manipularis.* A λόχος. Agam. 1640. Εἶα δή, φίλοι λοχῖται, ubi vide Glossarium. Sophocl. Œd. T. 751. Πότερον ἐχώρει βαιός, ἢ πολλοὺς ἔχων Ἄνδρας λοχίτας, οἵ' ἀνὴρ ἀρχηγέτης.

757. Ὀπάων. *Assecla.* Vox Homerica. Ab ἕπω formatum est ὄπις, cujus quidem sensus incertus est; exstat tamen in accusativo ὄπιν, (κατόπιν) ὄπισθε &c. item ὄψ, ὄπα, unde ὀπάω, ὀπάζω, et ὀπάων, ὀπαδός.

759. Ἀδειμάντως. *Impavide.* Præferat forsan aliquis ἀδεμάτως, sicut in Pers. 167. οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείματος, φίλοι. Sed recte se habere ἀδειμάντως monstrat nomen archontis Atheniensis Ἀδείμαντος.

761. Κυπτός. *Incurvus.* Vide notata.

762. Φρονεῖς εὖ. *Sapis. Num sana es, rebus modo istiusmodi nuntiatis?* Nam insanientis putabat Nutrix istud monitum γηθούσῃ φρενί, rebus sic stantibus.

763. Τροπαία. *Conversio.* Vide notas. Eurip. El. 1154. Ἀμοιβαὶ κακῶν· μετάτροποι πνέου|σιν αὔραι δόμων. Vertas autem ἀλλ' εἰ, *sed quid, si Jupiter* &c.

764. Καὶ πῶς; *Quomodo fieri potest?* Fefellit me memoria, quum de his particulis scriberem ad Agam. 1281.

767. Ἐπιστέλλω. *Injungo.* Theb. 1014. Agam. 881. Eurip. Tro. 1157. Σὺ δ' ὡς τάχιστα πρᾶσσε τἀπεσταλμένα. Hinc ἐπιστολή, *mandatum,* Prom. 3.

774. Μαίομαι. *Indago.* Idem fere ac μάομαι, de quo supra 40. Homer. Od. Ξ. 355. οὐ γάρ σφιν ἐφαίνετο κέρδιον εἶναι Μαίεσθαι, ubi Schol. ἐπιζητεῖν. Apollon. Rhod. II. 126. Μαίονται δ' ὅ τι πρῶτον ἐπαΐξαντες ἕλωσι. Hesiod. Op. 530. Οἵ σκέπα μαιόμενοι. Cf. Nicand. Ther. 197.

780. Παλίμποινα, τά. *Pretium vicissim solutum.*

Ibid. Ἀμείβομαι. *Permuto. Vicissim accipio.* Eurip. Cycl. 309. τὸ δ' εὐσεβὲς Τῆς δυσσεβείας ἀνθελοῦ· πολλοῖσι γὰρ Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἠμείψατο. Cf. Phœn. 336.

781. Πῶλος. *Pullus.* Vide Monk. ad Eurip. Hipp. 548. Constructio est ἴσθι πῶλον ζυγέντα, pro ζυγῆναι non ἴσθι προστιθείς, quod ait Abreschius. Agam. 905. Γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ. ubi tamen vide notata.

Ibid. Εὔνις. Supra 241.

786. Ἄνω. *Perficio.* Hesych. Ἧνον: ἦννον. Herodot. I. 189. ἤνετο μὲν τὸ ἔργον, ubi Wesselingius advocat, præter hunc locum, Iliad. K. 251. Apoll. Rhod. II. 496. III. 1339. Hoc verbum optime restituit Dobræus (Aristophanic. p. 133.) Æschylo in Nioba, Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ. Οὔθ' ἅν τι θύων, οὐδ' ἐπισπένδων ἄνοις. Primam porrigit in Iliadis et Apollonii locis; Odyss. B. 58. κατάνεται, et Pindar. Ol. VIII. 10. Corripit Il. Σ. 473. Ὅππως Ἥφαιστός τ' ἐθέλοι καὶ Ϝέργον ἄνοιτο, ubi aoristus est ἄνοιτο.

788. * Πλουτογηθής. *Divitiis lætus.* Sic φιλογηθής, Theb. 912.

791. Πρόσφατος. *Recens.* Hesych. Πρόσφατον: τὸ ἀρτίως γενόμενον, νέον, νεαρόν. Theophrast. H. Pl. IV. 7. πρόσφατος βαφή. Semel occurrit apud Homerum Il. Ω. 757. Νῦν δέ μοι ἐρσήεις καὶ πρόσφατος ἐν μεγάροισι Κεῖσαι. (Angl. *fresh.*) Eustathius p. 1374, 23. ducit a φάω *occido*, unde etiam, inquit, ἀρηΐφατος, vel a φημί, ut sit πρόσφατος idem quod ποταίνιος. Derivatur autem, ut opinor, a φάω, *appareo*, (unde φαίνω).

792. Γέρων. *Senex*, pro παλαιός. Vid. Gloss. in Agam. 286.

794. Στόμιον. *Os speluncæ.* Hesych. Στόμια: χάσματα. Sophocl. Ant. 1216. ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ Δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον. Heathius hoc recte ad Apollinem refert, qui speluncam Delphis insidebat. Infra 940. μέγαν ἔχων μυχὸν χθονός. Strabo de oraculo Delphico, IX. p. 641. ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλόν.

797. Ἀνοφερός. *Tenebricosus.* Præter δνόφος, δνοπαλίζω, δνόψ, nulla Græciæ vox incipit ab his litteris δ et ν. Homer. Il. I. 15. δνοφερὸν χέεν ὕδωρ. Sophocl. El. 91. δνοφερὰ νύξ. Eurip. Iph. T. 1276. κατὰ δνοφερᾶς γᾶς. Hesych. Δνοφερόν: σκοτεινόν, μέλαν. ἀπὸ τοῦ δνόφου. λέγεται γὰρ τοῖς Αἰολεῦσι δνόφος [ὁ γνόφος,] ἀπὸ τοῦ δονεῖσθαι τὰ νέφη. Eandem etymologiam, satis quidem absurdam, tradunt Etymol. M. et Schol. Apollon. Rhod. IV. 14. Schol. in Prom. 570. (Stanl.) οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν, δᾶν φασί, καὶ τὸν γνόφον, δνόφον. Nonnihil communis habere videntur γνόφος et κνέφας.

Ibid. Καλύπτρα. *Velum.* Metaphorice vero *calamitates:* vide notata.

799. Ἐπίφορος. *Proclivis. Secundus.* ἐπίφορος ἄνεμος ex Thucydide adfert H. Stephanus. Schol. ὡς ἐπὶ ἀνέμου εἶπεν, ἀντὶ τοῦ λογικώτατος.

880. Οὔριος. *Secundus,* ab οὖρος, de qua voce vid. Gloss. in Theb. 687. Suppl. 589. οὔριος Ζεύς. Inscriptio ap. Chishull. Antiqq. Asiat. p. 59. Οὔριον ἐκ πρύμνης τις ὁδηγητῆρα καλείτω Ζῆνα. Hinc defendi potest in v. 799. lectio vulgata ἐπιφορώτατος.

802. Ἄσκοπος. *Conspectu difficilis. Obscurus.* Alio sensu in Agam. 446. τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ | ἄσκοποι θεοί.

803. Verte, cum Heathio, *Sermonem vero captu difficilem proferens, et noctu tenebras ante oculos præfert, et interdiu* (καθ' ἡμέραν τ') *nihil est luculentior.* Hæc respicere putat Heathius Apollinis oraculum jam supra relatum 263. sq.

807. * Οὐριοστάτης. *Prospere institutus.* Allusio est ad χοροστασίαν, quam ducebant χοροστάται.

808. Κρεκτός. *Pulsatus,* cithara sc. Hesych. Κρέκει: κιθαρίζει. Aristoph. Av. 683. ὦ καλλιβόαν κρέκουσ' αὐλόν. Schol. κρέκειν: κυρίως τὴν κιθάραν κρούειν. 772. συμμιγῆ βοὴν ὁμοῦ Πτεροῖσι κρέκοντες, (sicut hic ὁμοῦ κρεκτόν.) Apollon. Rhod. IV. 909. Ὄφρ' ἄμυδις κλονέοντος ἐπιβρομέωνται ἀκοναὶ Κρεγμῷ. Sappho ap. Hephæst. p. 60.

Γλυκεῖα μᾶτερ, οὗτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἰστόν. Hæc dedit H. Stephanus. Theocrit. Ep. V. 2. κἠγὼν πακτίδ' ἀειράμενος Ἀρξεῦμαί τι κρέκειν. Hinc κρεκτός, εὔκρεκτος, πολύκρεκτος. Confer notata ad hunc versum.

Ibid. * Γοητής. *Plorator.* Nihil hic cum γόησι, *præstigiatoribus*, quod putat Scholiasta.

812. Ἀποστατέω. *Seorsum sto.* Stanleius confert Agam. 1073. ἀλκὰ δ' ἔκας ἀποστατεῖ. Sic Eum. 417. Πρόσω δικαίων ἡδ' ἀποστατεῖ θέμις.

814. * Ἐπαϋτέω. *Exclamo.* Gloss. in Theb. 380. Dicebant in præsenti ἀϋτέω, in futuro ἀΰσω, veluti ab ἀΰω. Sic ὠθέω, ὤσω.

815. Θροέω. *Loquor.* Gloss. in Prom. 628.

817. Περσέως καρδίαν. "Hoc est saxeum," inquit Stanleius: minus recte. Quis enim de Persei *saxeo corde* fando audivit? Vel denotat simpliciter audaciam, qualis erat Persei; vel cum Scholiasta interpretandum; ἐπεὶ ἀπεστραμμένος ἐκαρατόμησε τὴν Μέδουσαν· ἀποστραφείς, φησίν, ὡς ἐκεῖνος, μή πως θεώμενος αἰδεσθῇς τὴν μητέρα. Sed forsan hoc nimis argutum. Notus est Perseus ob mulieres interemtas; neque enim Medusam tantum occidit, sed et alias, quæ cum Baccho contra Argos militabantur; vid. Pausan. II. 20, 3.

820. * Προπράσσω. *Ante exigo.* Heathius vertit, *pro amore quo tibi conjuncti sunt tristibus eorum iris morigeratus.* Non probo. Aut vertendum *iras explens, gratia* (*matris*) *posthabita*, πράσσων ὀργὰς πρὸ χάριτος, aut legendum, sicut in Bigot. χάριτας ὀργᾶς λυπρᾶς, vel λυγρᾶς, quod malim.

825. Ὑπάγγελος. *A nuntio vocatus.* Sed vide notata.

827. Ἐφίμερος. *Amabilis.* Sophocl. Œd. T. 1375. Ἀλλ' ἦ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος—; Callim. Ep. LXXI. 3 σοὶ γὰρ ἔρωτες ἐφίμεροι. Theocrit. I. 61. ἐφίμερον ὕπνον. VIII. 62. ἐφίμερος φωνά.

829. Αἱματοσταγής. *Sanguine stillans.* (Angl. *blood-bedropped.*) Theb. 836. Pers. 821. Gloss in Agam. 1280.

830. *Ἑλκαίνω. *Ulcerosus sum.* Quod alibi dixit Æschylus ἕλκεσι βρύειν. Aliam formam servavit Hesychius, Ἑλκανῶσα; ἑλκομένη, ἢ ἑλκοποιουμένη ὑπὸ πυρός, ubi legendum, Ἑλκανοῦσα: ἑλκουμένη. Idem, Ἕλκανα: τραύματα. Abreschius confert Eurip. Hec. 409. Alc. 879. Ἔμνησας ὅ μου φρένας ἤλκωσεν. Suppl. 223. Λαμπρὸν δὲ θολερῷ δῶμα συμμίξας τὸ σόν, Ἤλκωσας οἴκους. Sic ὑποκάρδιον ἕλκος Theocr. XI. 15. Vid. Gloss. in Agam. 623.

831. Βλέπων. *Cernens.* i. e. *vivus.* Vide notata.

832. Δειματόω. *Terrifico.* Herodot. VI. 3. τοὺς Ἴωνας ἐδειμάτου. Plura dabit Stephanus. Dicuntur autem δειματούμενοι λόγοι pro λόγοι ὑπὸ δειματουμένων λεχθέντες. Sic malim interpretari, quam vertere cum Abreschio, *rumores ad terrorem conficti:* confer notata. Sed fieri potest ut δειματούμενοι vim suam servet, *timore pleni,* nam δειματόω proprie est *timorem injicio,* ut ὀμματόω est *oculos insero* (841.) δεῖμα vero non est *timor,* sed *id quod terrorem incutit.*

832. Πεδάρσιος. *Sublimis.* Æolice pro μετάρσιος. Vid. supra 582.

836. Οὐδὲν—ὡς αὐτὸν κ. τ. λ. *Nihil est nuntiorum auctoritas, præut ipsum interrogare.* Plena constructio esse, οὐδεὶς ἄγγελος οὕτως σθένει, ὡς αὐτὸν ἄνδρα πεύθεσθαι περὶ αὐτῶν. Recte Schol. οὐ τοσοῦτον ἰσχύει εἰπεῖν ἄγγελος ὡς αὐτόπτης. Similis fere ratio est locutionis οὐδὲν οἷόν ἐστ' ἀκοῦσαι τῶν ἐπῶν, Aristoph. Av. 967. Plato Gorg. p. 5. ed. Heind. βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, τίς ἡ δύναμις τῆς τέχνης τοῦ ἀνδρὸς καὶ τί ἐστιν, ὃ ἐπαγγέλλεταί τε καὶ διδάσκει—ΚΑΛ. Οὐδὲν οἷον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾷν, ὦ Σώκρατες. et sic alibi: vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 541. not. Citatur Abreschio Sophocl. Œd. T. 7. Ἀγὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων, τέκνα, Ἄλλων ἀκούειν, αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα.

838. Ἐλέγχω. *Percontor.* Veram hujus vocis originem, ni fallor, aperuit Eustathius ad Il. Δ. p. 467, 44. εἰκὸς δὲ καὶ παρὰ τὸ ἐλεῖν ἔγχος, γενέσθαι τὸν ἔλεγχον. ὡς πολλῶν ὅπλοις διακρινόντων τὰ στασιαζόμενα. Hæc etymologia veri longe similior est altera ibidem

prolata, ἀπὸ του ἑλᾶν ἔγχος. Nempe ἔλεγχος, *hastæ arreptio*, ad litem dirimendum, idem erat quod apud gentes Teutonicas *judicium duelli;* et hinc mox significabat quamvis probationem. Exinde autem facili transitione argumentum, reprehensionem, opprobrium denotabat: ἐλέγχειν autem erat vel *probare*, vel *redarguere*, vel *convincere*, vel *reprehendere;* vid. infra 906. Noster Agam. 1322. Καὶ πρᾶγμ' ἐλέγχειν ξὺν νεορρύτῳ ξίφει. Exempla vocabuli satis communis non juvat congerere.

840. Ἀμαυρός. *Evanidus.* Supra 151.

841. *Ὀμματόω. *Oculos insero. Oculatum reddo.* Suppl. 1468. Ξυνῆκας. ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον. Gloss. in Prom. 508. Stanleius confert Ovid. Met. XV. 63. *Mente Deos adiit; et, quod natura negabat Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.* Abreschius citat Epicharmum, Νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει, τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά. Eurip. Hel. 120. Αὐτὸς γὰρ ὅσσοις εἰδόμην, καὶ νοῦς ὁρᾷ. Adjici potest Eum. 104. Εὔδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται. Sed hæc non exprimunt ὠμματωμένην φρένα, *mentem perspicacem.*

842. *Ἐπιθοάζω. *Urgeo.* Supp. 603. ὕπαρχος δ' οὔ τινος θοάζων, ubi de sensu dubitari potest. Sophocl. Œd. T. 2. Τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε; ubi vid. Musgravium. Sed omnino verum puto κἀπιθοάζουσ', quod miror non conjecisse Schneiderum, quum in lexico dixerit ἐπιθοάζουσα *idem valere* ac ἐπιθειάζουσα. De futili grammaticorum distinctione inter θεάζειν et θειάζειν, consuli potest Hemsterhusius ad Thucyd. II. 75.

